nis efficiant exinde circa diuina officia desides et remissi. No-
bis hūiliter supplicastis vt puidere vobis sup hoc p cōsolatio
ne vestra de benignitate aplica dignaremur. Nos igit ob spi-
ritualiū virtutū studia quib⁹ feruenter insistitis votis vestris
que sperandū est ex deuotiōis fonte pcedere fauorabiliter an
nuētes/vris in hac parte supplicationib⁹ inclinati/auctoritate
vobis psentiū indulgem⁹/vt cstitutiōib⁹ eorūdē Bonifatij et
Clemētis/seu qualibet alia sup hoc in ctrariū editis/nequaq
obstantib⁹ liceat vobis in vestris monasterijs taliter segrega-
tis tēpore generalis interdicti/ianuis clausis et extraneis aliq-
bus non admissis/alta voce diuina officia celebrare/dūmodo
vos causam nō dederitis interdicto. Nulli ergo oino hominū
liceat hanc paginā nostre cōcessionis infringere/vel ei ausu te-
merario cōtraire. Si quis autē hoc attemptare psumpserit/in
dignationē omnipotētis dei/ac beatorū Petri et Pauli aplo-
rū eius se nouerit incursurū. Datū Auinioñ. kl. Martij. Pon
tificatus nostri Anno decimo.

Eiusdē. Quō habemus. xx. dies indulgē tiarū dicendo ad quamlibet missam ps. Letatus sum. etc.



Ohannes Eps seruus seruoꝝ dei. Di-
lectis filijs cistercien̄ et alijs
abbatibus ac diffinitorib⁹ generalis capituli cister
ciensi ordinis ꝓxime celebrandi. Salutē et aplicā be-
nedictionē. Pro statu totius ecclesie corporis my-
stici qui ꝓcurantib⁹ hoste pacis eiusq̄ mēbris tur-
batur sepi⁹/sicut et in p̄sentiarū turbari noscit̄ ad ca
put eius quod christus est/cui turbatiōibus huius-
modi finē dandi subest posse cum voluerit recurrētes/ quasdā
speciales orationes in missarū solēnijs fieri de consilio fratrū
nostrorū indulgentia p nos certa concessa super hoc ordinaui
mus ꝓut plenius continetur in litteris nostris inde cōfectis/
quarū tenor sequit̄ sub hac forma. Johannes Eps seru⁹
seruorū dei. Ad ppetuā rei memoriam/discipuloꝝ christi gesta
nos instruūt/vt in pelago hui⁹ mundi ꝓcella surgēte ad diui-
nū ꝯfugiū recurrere debeam⁹/illi quidē cōmotiōe maris adeo
grādi facta vt fluct⁹ nauiculā quā iesum sequētes intrauerant
operirēt ip̄m dormientē vocib⁹ excitarūt supplicib⁹/et aduersus
ingruētis tēpestatis impetus salutis p̄sidiū postularūt. Cum
itaq̄ catholicā ecclesiā que cōgregationē fideliū cōprehendit/
videamus/q̄d dolētes referamus/pacis emuli zizaniarūq̄ sa
toris malicia ꝓcurāte discordiaꝝ flatib⁹ cōcitatā/earūq̄ fluc-
tus adeo eleuatos/q̄d quasi operiūt ip̄am totā/hereticos isup
eccesiā ip̄am cernim⁹/ac scismaticos ipugnare ferocit̄/ac vt in-
cōsutilē dn̄i tunicā scindāt multipliciter laborare/cū fratribus
nr̄is deliberatiōe p̄habita diligēti expediēs imo necessariū po
ti⁹ extimam⁹/vt ad illū q̄ ad dexterā patris residet in excelsis/
qui caput est cōgregatōis eiusdē/cuiq̄ ptās oīs tā in celo q̄ in
terra noscit̄ tradita/eiq̄ venti ac maria obsecūdant/leuem⁹ cū
manib⁹ corda nr̄a/ip̄mq̄ deuotī pulsantes p̄cib⁹apud eū sedu
lis orōib⁹ insistam⁹/vt insurgētes p̄misse fremit⁹ tēpestatis q̄
q̄si vniūsoꝝ christicolaꝝ regna ꝯcutit/sbditos in dn̄os fidelita
tis violato fedē erigit/hereticis/scismatic̄/et rebellib⁹eccl̄ie scē
dei insurgēdi cōtra ip̄am/eiusq̄ iura vsurpādi insania dānabi
li ausū pandit/flat⁹ cessare fluctusq̄ p̄dictos q̄escere sua faciat

omnipotēti virtute/cordaq3 hereticoꝝ scismaticoꝝ aliorūq3 rebelliū ad dei ⁊ ecclesie vnitatē ⁊ deuotionē inclinet ⁊ habilitet/ vel si forsan in p̄missis ptinaciter intēdāt psistere ipsoꝝ elidat superbiā/eorūq3 obstinatā maliciā sue virtute dextere cōterat ⁊ psternat/corda quoq3 subditoꝝ ad eorū supiores/ ac ipsorū superiorū cōuertat ad subditos/ipsosq3 dissidētes in cōcordie vnitate cōciliet ⁊ cōfirmet/sicq3 det ipsis superiorib⁹ p̄sidere q̄ sic regant vt dirigant/eorūq3 regimē cedat subditis ad salutē ppetuā quietē ⁊ pacem/nobisq3 ipe cui⁹ puidentia in sui dispositione nō fallitur modos/⁊ vias aperiat p quos hec vt in votis gerimus efficaciter pmouere possim⁹. Et q2 in missarū solēnijs ad deū cōsuerunt preces effundi deuoti⁹/de eorūdem fratrū cōsilio ordinam⁹ q̄ in singulis missarū celebrationibus post dictū a celebrāte pater noster responsioneq3 secuta anteq̄ in missa vlteri⁹ pcedat. Illud canticū/Letat⁹ sum in his que dicta sunt mihi/totū cū Gloria patri/ a religiosis/clerici ⁊ alijs litteratis p̄sentib⁹ cū deuotione dicat. Et post dicant Kyriel. Christeleyson Kyriel. et Pater noster. Et post isti v̄siculi subsequātur. Dn̄e saluos fac reges. Exaudi nos in die qua inuocauerim⁹ te. Saluū fac ppl'm tuū ⁊ benedic hereditati tue. Rege eos ⁊ extolle eos in eternū. Fiat pax in virtute tua. Et abūdantia in turrib⁹ tuis. Dn̄e exaudi orationē meam. Et clamor meus ad te veniat. Dn̄s vobiscū. Et cū spiritu tuo. Oratiōes vero. Ecclesie tue q̄sumus dn̄e p̄ces benignus admitte/vt destructis aduersitatib⁹ ⁊ errorib⁹ vniuersis secura tibi seruiat libertate. Et illā/Hostiū nostroꝝ quesum⁹ dn̄e elide superbiam eorūq3 cōtumaciā dextere tue virtute psterne. Per christū dominū nostrū/dicat celebrās cōsequenter. Nos enī christifideles ad exequendū supradicta pmtius donis volētes spiritualib⁹ animare oībus vere penitentib⁹ ⁊ cōfessis/tam ipsis celebrantib⁹ ⁊ eis assistentib⁹ obseruātibus supradicta/q̄ alijs p̄ces tūc deo deuotas fundētibus p p̄missis diebus ⁊ missis singulis quib⁹ hec fecerint viginti dies de omnipotētis dei misericordia/⁊ btōꝝ Petri ⁊ Pauli aploꝝ eius auctoritate confisi de iniūctis sibi penitētijs relax. m⁹. Datum Auinion. xij. kl.

Julij. Pontificat⁹ nostri Anno.xij. Ut aũt tam vtiles tamq͡ȝ necessarie preces huiusmodi locũ exauditiõis votiue facili⁹ et vberius multiplicatis intercessoribus obtineant apud deũ di screntiõe vestrã monem⁹/hortamur ꝛ rogam⁹ attẽte vobis in remissionẽ peccaminũ/nihilomin⁹ iniũgẽtes quaten⁹ ꝯtenta in eisdẽ litteris ꝑ vos ꝛ fratres eiusdẽ ordinis in vestris sermo nibus/tã in ecclesijs ꝛ locis vestris q̃ȝ alibi vbi vos vel ipos ꝓ ponere ꝯtigerit verbũ dei eis nihilomin⁹ expositis vt meli⁹ in telligãtur ab oibus in vulgari sollẽniter publicãtes/oratiões easdẽ in missis quas vos ꝛ eosdẽ fratres celebrare cõtinget de cetero circũstantib⁹ clero ꝛ ppło deuoteq͡ȝ similiter orantib⁹ sic solerter ꝛ fideliter iuxta p̃dictarũ litterarũ continẽtiã faciatis/ q̃ȝ vos et ipsi p̃dictã indulgentiã valeatis cõsequi/ ꝛ alia retri butionis eterne p̃mia ꝓmereri. Datũ Auinioñ.kl. Julij. Põ tificatus nostri Anno.xij.

Tabula sup̱ bulla reformationis dñi Be nedicti pape.xij.

Ca.primũ. Excellens cõmendatio ordinis cisterciẽsi/ maxime quantũ ad vitã contẽplatiuam.

Ca.secũdũ. Q̃ quilibet cõuent⁹ ordinis habeat ꝓpriũ sigillũ

Ca.tertiũ. De forma iuramẽti ꝑ quẽlibet abbatẽ priusq̃ȝ admi nistrationi se imisceat ad sancta dei euãgelia prestandi.

Ca.quartũ. De mõ alienãdi res imobiles/ vł iura aut diminu endi pẽsiones/vel census/ꝛ vendẽdi arbores siluarũ ceduarũ.

Ca.quintũ. Q̃ pecunia rei vendite nõ cõuertatur ad aliquos vsus/nisi ad acquisitionẽ vel debitorũ solutionem/ ꝛ quõ sub quattuor seraturis seruari debet.

Ca.sextũ. De cõcessionib⁹ ꝛ locationbus iuriũ ꝛ reddituũ nõ faciendis vltra quinquẽniũ.

Ca.septimũ. Quõ possessiones parue ꝛ steriles possunt dari sub annuo censu pecuniario.

Ca.octauũ. De forma ꝑ quã mutuũ cõtrahi/ꝛ nõ cõtrahi põt/

⁊ q̄ abbas in remotis agens non pōt accipere in mutuū vltra centū libras turonē.

¶Ca.nonū. Q̄ in sigillo abbatis debet esse nomē ꝓprium/ ⁊ in contractibus cum consensu conuentus factis apponant̄ sigilla abbatis ⁊ conuentus.

¶Ca.decimū. De iuramēto officiarioꝝ monasterioꝝ q̄ inter cetera iurant/ q̄ de receptis ⁊ expēsi fidelem compotū faciant.

¶Ca.vndecimū. Q̄ in quolibet monasterio ꝯstituant̄ duo bursarij qui oēs pecunias vndecūq̧ veniētes recipiāt/ ⁊ ad mandatū abbatis ceteris officialibꝰ ministrāt ⁊ fidelem rationē de omnibus reddant.

¶Ca.duodecimū. Q̄ abbates de receptis ⁊ expēsi rationē reddere debent seniorib⁹/⁊ in regressu de via reddāt bursarijs cōputationes ⁊ restas pecuniarū/sed clausula ista postmodū per dn̄m Clementē papā.v.fuit reuocata.

¶Ca.decimūtertiū. De visitationib⁹ in ordine faciēdis solū per abbates/vel p̱ monachos qui caueant recipere munera suspecta/⁊ de eorū societate.

¶Ca.decimūquartū. Quō se habere debeāt abbates ⁊ monachi ac eorū familie in monasterijs p̱ que transeūt vbi sunt hospites/tam eundo ad dictas visitationes/q̄ȝ ad generale capitulū ⁊ al's/⁊ de numero euectionū abbatum.

¶Ca.decimūquintū. Q̄ abbates nō venientes ad generale capitulū/⁊ nō habētes impedimentū legitimū/seu licentiā teneantur soluere duplicē expensarū quas facerent veniēdo ⁊ redeundo/abbates vero habētes impedimentū legitimū/vel licētiā tenent̄ mittē ꝓcuratorē q̄ debet iurare excusatōes eē veras

¶Ca.decimūsextū. Q̄ oēs tenent̄ soluē ꝯtributōes sibi īpositas recusantes aūt seu rēnuētes soluere/ ⁊ oēs īpedimētū p̄stātes publice vel occulte debēt cōpelli auc̄te ap̄lica p̱ cēsurā eccl'iasticā ⁊ alia remedia remoto appellatōis obstac'lo/⁊ in cap'lo gn̄ali (publicari.

¶Ca.decimūseptimū. De receptorib⁹ dictaꝝ ꝯtributionū/⁊ mō p̱ eos obseruādo/vbi nota excōicationē. Sȝ tn̄ modus iste nō potuit ꝯtinuari seu obseruari/sed sepiꝰ fuit mutatꝰ. Idcirco p̱ Piū.ij.⁊ Innocētiū.viij.aliter fuit ordinatū.

Ca. decimũoctatum. Qꝫ in ordiue nõ recipiant in monachos ꝛ cõuersos/nisi cũ cõsilio seniorũ ꝛ ꝑsone idonee ad ea que con ueniunt monachis vel cõuersis.
Ca. decimũnonũ. Qꝫ ꝑsone ordinis maxime monachi pãnis bruni vel albi coloris vtãtur eorũqꝫ familia nõ habeãt vestes partitas/ꝛ caueant a curiositate vasorũ argenteorũ ꝛ quorũlĩ bet ornameatorũ.
Ca. vicesimũ. Qꝫ nullus abbas ducat vltra vnũ secularẽ cleri cum vel laicũ exceptis abbate cistercij ꝛ quattuor primis.
Ca. vicesimũprimum. De esu carnium in camera abbatis/ꝛ in firmitorijs/ꝛ nõ extra monasteria/ꝛ de pena trãsgredientiũ et vbi coquant. Sed dñs Sixt⁹ p̃p. iiij. articulũ istũ oĩnõ remisit dispensandũ ꝛ declarandũ ad abbatẽ cistercij/ꝛ capitulũ gene rale/ꝑut viderint expedire.
Ca. vicesimũsecundũ. Qꝫ oẽs monachi dormiãt in dormito rio exceptis infirmis/qui in cameris infirmitorij iaceant/ꝛ offi ciarijs in locis sibi deputatis.
Ca. vicesimũtertiũ. Qꝫ oẽs celle in dormitorio illico destruan tur/ꝛ nulle ampli⁹ ibidẽ instituant resistentes ꝛ impedimentũ p̃stantes/seu p̃stari ꝓcurãtes/necnõ consiliũ auxiliũ vel fauo rem/publice aut occulte p̃stantes excõicationis sententiã ipso facto incurrũt. Priores aũt ꝛ supriores iuxta abbati arbitriũ possunt habere cellas.
Ca. vicesimũquartũ. Inhibitio ne monachis det porcio vini bladi/vel pecunie/sed omnia eis sunt cõia. Itẽ ꝙ nulli mona cho assignent reddit⁹/aut pars ꝓuentuũ/vel aliqua pensio ꝓ victu/vestitu/vl' quacũqꝫ alia decausa. Qꝫ nulla fiat sectio bo norũ fructuũ/reddituũ/vel ꝓuentuũ inter abbatẽ ꝛ cõuentũ/ vel officiales/ꝛ si que facte sunt reuocant. Abbates qui oppo sitũ fecerint/vel fieri ꝑmiserint deponant/ monachi qui quõ cunqꝫ cõtradixerint/ aut impedimentũ prestiterint perpetuo carceri mancipentur.
Ca. vicesimũquintũ. Abbatib⁹ benemeritis qui volũtarie ce dunt cõgrua ꝓuisio assignari poterit.
Ca. vicesimũsextũ. Nullus monach⁹ vel cõuersus ordinis ec

taturā tenere p̄sumat exceptis cellarario/ ꝓcuratore/ ⁊ grangi-
arū rectorib⁹. Cellarario aūt cistercij ⁊ quattuor primarū pos-
sunt abbates pmittere duas equitaturas.

Ca. vicesimūseptimū. Inhibet monachis pecuniā ꝯgregare. Iura/ possessiones/ reddit⁹/ pensiones/ animalia/ ⁊ alia bona emere siue ꝓprio siue alio noīe/ aut alijs ad nutriendū animalia/ aut ad augmentū dare/ peculiū occultare seu detinere/ sed omnia ꝑ abbatē in vtilitatē cōmunē applicent. Et ꝙ monachi vel cōuersi talia cōmittētes/ vel cōuersioni huiusmodi resistentes/ seu impedimentū p̄stantes/ aut p̄stari ꝓcurantes/ ⁊ peculiū nō reuelantes/ ⁊ dantes abbatib⁹/ eoip̄o sunt inhabiles ad quācūq; administrationē. Qui vero pecunias siue alia bona quibuscūq; mutuāt siue debita fingūt que nō debēt puniant.

Ca. vicesimūoctauū. Ꝙ abbates tenēt ꝓuidere sufficiēter necessaria monachis ⁊ ꝯuersis/ sanis ⁊ infirmis scđm monasterij facultatem/ inhibēdo ne ponant plures monachi vel cōuersi q̄ ex facultatib⁹ monasterioꝝ ꝓuideri valeant.

Ca. vicesimūnonū. De generalib⁹ studijs monachoꝝ ordinis/ que collegia dicuntur multū determinate in vniuersis mundi prouincijs.

Ca. tricesimū. Ꝙ scholares mittant ad studia ꝑ abbates suos de cōsilio visitatoris ⁊ conuētus/ ⁊ sint magis dociles ⁊ idonei Et quo tēpore debent mitti.

Ca. tricesimūprimū. Ꝙ vbi sunt .xl. monachi in monasterio mittant Parisius duo studētes/ vbi sunt. xviij. vel. xx. vnus mittatur/ ⁊ qui infra vide textū.

Ca. tricesimūsecūdū. De bursis magistri regentis/ lectoris sententiarū/ ⁊ biblici. Sed ordinatio ista nō potuit obseruari ꝓpter paucitatē ⁊ paupertatē studentiū.

Ca. tricesimūtertiū. De iuramēto cellararij ⁊ alioꝝ officiariorum in studijs existētiū Et de eoꝝ cōpotis. Et qñ mitti debēt burse studentiū ꝑ abbates. Et de pena eoꝝ qui nō miserūt.

Ca. tricesimūquartū. De cura animarū studentiū/ Sed q̄ extunc status ipsoꝝ studioꝝ fuit mutatus necesse fuit etiā articulum istū mutari/ ⁊ hi nota de idoneis studētibus ꝑ abbatē ci-

sterciẽn ibidẽ retinẽdis vsq ad magisteriũ.

Ca.tricesimũquintũ. Inhibitio ne in aliquo dictoꝝ studioꝝ legant vel audiant iura canonica vel etiã extra illa verũ tamẽ postmodũ alius summ⁹ pontifex ꝓ vtilitate ordis dedit facultatẽ abbati cistercij dispẽsandi cũ. xxiiij manachis ordinis vt dicta iura canonica audire legere ⁊ in eis grad⁹ recipe possint.

Ca.tricesimũsextũ. Iterũ de cellarario/lectorib⁹/⁊ alijs officialibus in studio parisieñ ⁊ alijs collegijs.

Ca.tricesimũseptimũ. De ꝓuisione magistroꝝ ⁊ baccalarioꝝ/ ac de ptãte capli generalis ad cõpellendũ appellatiõe remota.


Ca.tricesimũoctauũ. De iuramẽto nouoꝝ magistroꝝ ⁊ baccalarioꝝ in theologia. Et q in festo magisterij non expendat vltra valorẽ mille turoneñ argenti.

Ca.tricesimũnonũ. De tpe infra qd possunt parisi⁹ legere bibliã ⁊ sentẽtias/scʒ qui per sex annos studuerit in theologia ⁊ idoneus extiterit possit facere cursũ biblie/Et qui ꝑ octo ãnos studuerit in theologia possit legere sentẽtias ⁊ nõ ante.

Ca.quadragesimũ. Q singulis annis istud ꝓuilegiũ legat in caplo generali/⁊ semel in anno in quolibet caplo ordinis.

Ca.quadragesimũprimũ. Q singulis annis istud statutũ legatur in capitulo generali. Et semel in anno in quolibet caplo ordinis. Auctorit[illegible]s seu ptãs abbatis cistercij absoluendi trãsgressores hmõi statutoꝝ.

Ca.quadragesimũꝑmũ. Potestas ⁊ auctoritas cõcessa abbati cistercij ad absoluẽdũ omnes abbates ⁊ ꝑsonas sui ordinis de transgressione ꝑceptorũ in ista reformatione apostolica auctoritate positoꝝ/Necnõ a sentẽtijs excõmunicationis ⁊ alijs cẽsuris cõtra trãsgressores latis/⁊ ad dispensandũ cũ eis sup irregularitate inde cõtracta. Cum eñ eius sit soluere cuius est ligare/⁊ inferiorq nõ possit in superiorem nullus de ordine eos aliter ab his absoluere posset.



Enedictus Eps seruus seruo rũ dei. Ad ꝑpetuã rei memoriã. Fulgens sicut stella matutina in medio nebule sacer Cistercieñ ordo in ecclesia militante/strenue militat operibus ⁊ exemplis/feruideq̃ satagit ꝑ sancte cõtemplationis applausum/⁊ innocẽtis vite meritũ mõtana scãdere cũ maria seq̃ ꝑ exercitiũ laudabiliũ exactionũ / ⁊ pensum pioꝝ operũ curiosũ/Marthe satagẽtis officio cõformare. Hic nempe ordo/in diuini cult⁹ ministerio sedulus vt sibi ⁊ aliis ꝓficiat ad salutẽ/ in sacre lectiõe pagine studiosus/ vt ad ꝑfectã excellentie supne cognitionẽ valeat ꝑuenire ꝑstant ⁊ ꝓmptus in operibus caritatis vt adimpleat legẽ christi a mari vsq̃ ad mare palmites suos meruit dilatare/ q: gradualiter ad virtutum culmina patenter ascendit/⁊ ꝓinde ꝑ sacri pneumatis inflãmatis corda debilia fistulas gratijs abundauit/ dignũq̃ se reddidit a Romana ecclesia/ecclesiarũ omniũ magistra/ multis insigniri priuilegijs ⁊ gratiosis fauorib⁹ cõmuniri. Huius quoq̃ ordinis ab adolescẽtia nostra ꝑseuerant iugũ sustulim⁹ ⁊ in eo alumni effecti ꝑ temporũ curricula diuturna creuimus/ tam in illo q̃ȝ extra ipm successiuis prelationũ honorib⁹/ ⁊ tandem cõscendimus q̃q̃ imeriti sũmi cathedrã pastorat⁹. Licet aũt exigente apl'ici magisterij cura cuiuslibet ordinis approbati crementũ felix ⁊ floridum plenis affectibus in eo zelemur a quo celice ac terrene salutis ꝑfectio deriuatur /eundẽ tamen cistercieñ ordinẽ acie interne deuotionis ⁊ caritatis aspicimus/ ⁊ ea que ipsius salutẽ ⁊ prosperitatẽ respiciant/quaten⁹ eterni patris beneplacitis gratificari credimus fauorabiliter ꝓmouemus. Sane recensentes memoriter q ab olim dum eramus intra ordinẽ prelibatã certa nos experientia instruebat/ q super q̃ȝ plurimis articulis inferius explicatis ordo ipe apostolice ꝓuisionis remedijs indigebat. Nos hactenus ⁊ moderno tempore sup eis ⁊ nõnullis alijs a dilecti filijs Guillermo cistercieñ Johãne de Firmitate/Johãne de Claraualle/⁊ Raynaldo de

Morimūdo monasteriorum dicti ordinis Cabilon̄ et Lingon̄ dioc. abbatib⁹ diligēti collatiōe p̄habita sup his omnib⁹ plenarie informati/dignū duxim⁹ p vrgenti necessitate/ ac euidēti vtilitate ordinis memorati/suadētibus etiā alijs iustis et rationabilib⁹ causis statuta et ordinatiões put series subscripta describit/auctoritate aplica edere/que volum⁹ et decernim⁹ solidā habere roboris firmitatē/ eaq̄ debere ppetuis futuris tēporibus firmiter obseruari. 2 Uidelicet cū cautele puisio in omnib⁹ sit habenda/et p̄cipue ne paulatine deueniat in collapsum qd est antiquitate vel plixitate pacti tēporis acquisitū. Statuim⁹ ac etiā ordinam⁹/q qlibet cōuent⁹ cuiusuis monasterij seu alteri⁹ loci cōuentualis dicti ordinis habeat ppriū et speciale sigillū. 3 Et q qlibet abbas monasterij siue ali⁹ loci alterius cōuentualis administratiōi principaliter p̄sidens eiusdē ordinis/et etiā abbas cistercien̄ qui ē p tēpore antequā abbatie sue vel administrationi hmōi se imisceat/ iuramentū prestare ad sancta dei euāgelia teneat / quilibet scz inferior in manib⁹ patris abbatis qui electionē de ipso factā ꝯfirmare habebit/et in p̄sentia sui pprij cōuēt⁹/necnō ipse abbas cistercien̄ qui est p tēpore suo cōuentu/et p̄nominatis trib⁹/ necnon monasterij de Pontigniaco dicti ordinis Antisiodoren̄ dioc. abbatib⁹/ si apud dictū monasteriū cistercien̄ p̄sentes extiterint/ Qz possessiones vel iura ad suū monasteriū vel aliū cōuentualē locū eius ptinentes seu pertinētia nō vendet/nec alienabit/ neq̄ impignorabit/neq̄ de nouo infeudabit/nec p aliquē modū donabit/ nisi p modū inferius designatū. Et hoc idē illi q nunc sunt abbates monasterioꝝ/seu alioꝝ locorū ꝯuentualiū ipsi⁹ ordinis regimini p̄sidentes teneant iuramentū p̄stare/ infra sex menses postq̄ statutū et ordinatio hmōi publicata fuerint in pximo secuturo caplo gnāli eiusdē ordinis. 4 Qd quotiēscūq̄ alienationē rei imobilis/vel iuriū alicui⁹ monasterij/vel alteri⁹ loci cōuentualis dicti ordinis/ vel diminutionē censuū/seu pensionū/vel canonis/ aut venditionē arborū siluarū nō ceduarū iminere cōtigerit faciendas/ tractat⁹ duorū d..ū ad minus interpolatoꝝ/diligens et maturus p̄cedere de

beat/habēdus p abbatē monasterij seu p̄sidentē regimini alterius loci cōuentualis/cuius erūt res/ iura/ census/ pensiones/ canon/ ꝛ silui hmōi/ cū suo ꝯuentu monasterij seu alterius loci cōuentualis prefati. Et nihilominꝰ alienatio seu venditio huiusmodi fiat de cōsensu ipsiꝰ cōuentus vel maioris ꝛ sanioris partis eiusdē/ ꝛ ꝙ de tractatu ꝛ cōsensu iā dictis scriptura cōficiatur auctentica/in qua noīa ꝛ cognomina tractantiū ꝛ cōsentientiū/ ꝛ sigilla abbatis monasterij vel p̄sidentis regimini alterius loci cōuentualis/ ꝛ cōuentꝰ monasterij seu loci hmōi apponant. Et anteꝙ ꝓcedatur ad alienationē seu venditionē ipsam petat ꝛ obtineat licentia sup hoc ab ipsiꝰ ordinis capl̄o generali/ ꝛ subsequat discussio sup alienatione seu venditiōe huiusmodi faciēda p duos abbates p̄dicti ordinis ab eodē monasterio seu alio cōuentuali loco non remotos/per dictū generale capitulū deputandos/ ꝛ cū approbatione seu auctoritate duorum abbatū prefatorū/ quodꝙ tam abbas monasterij seu p̄sidens ipsi cōuentuali loco/quā duo abbates p̄dicti/ ꝛ etiā paterabbas eiusdē monasterij/vel deputatꝰ ab eo p̄sente cōuentu ipsius monasterij/seu alterius loci cōuentualis/ cuiꝰ res/iura/census/pensiones/vel canon/aut silue huiusmodi alienanda seu vēdēda fuerint iuramētū p̄stent/ante discussionē predictam ꝙ in p̄missis fideliter se habebunt/omni dolo ꝛ affectiōe inordinata remotis/ ꝛ ꝙ etiā fiat de causis alienationis seu vēditionis huiusmodi/ ꝛ solēnitatibus p̄fatis/p quattuor abbates p̄dictos/ ꝛ presidentē ipsi cōuentuali loco/sub eorū sigillis plena ꝛ fidelis relatio in ꝓximo subsequenti generali capitulo antedicto/vt videat si circa hec oīa debite ꝓcesserūt. Uerū cū monasteriū seu alius cōuentualis locus/castrū/villa/ grangia vel res alia multū notabilis alienandū vel alienādus/ seu alienanda fuerit/capitulū generale ipsiꝰ ordinis alienādi licentiā cōcedere nō presumat/nec ꝓcedatur ad eam quouis modo faciendā vel auctorizandā nisi priꝰ p idem capitulū generale romano pontifice cōsulto/ ꝛ ab eo sup hoc petita licētia ꝛ obtenta. Si vero aliter ꝙ p̄missum est aliquis abbas/vel regimini p̄sidens alienare p̄sumpserit/ tam ipsi ꝙ officiales ipsius mona

sterij seu loci couentualis in hac parte cōsentiētes eisdē ab ad-
ministrationib⁹ suis p patrē abbatē deponant eorū / ⁊ aliena-
tio hmōi sic psumpta sit ipo iure irrita ⁊ inanis. 5 Ceterū si
pp̄ter alicui⁹ monasterij seu loci couentualis debita exoluēda.
vel vt aliquid aliud qđ eidē monasterio seu couentuali loco sit
vtilius acquirat / aliquid alienandū extiterit / pecunia que in-
de habebit ad nullos vsus alios q̄ꝫ in acquisitionē / seu debito
rū solutionē hmōi couertat. Et si secus actū fuerit / abbas mo-
nasterij / vel alius psidens couentuali loco / pecuniam hmōi ad
vsus alios vt pfertur couertens / vel conuersioni hmōi cōsen-
tiens ab administratiōe sua p patrē abbatē deponat ipsi⁹. Ce-
teri vero monachi participes vel cōsentiētes in idipm sint ad
quodcūqꝫ officiū seu administrationē eiusdē ordinis ihabiles
ipso facto / nec pecunia ipsa in solius abbatis seu alteri⁹ regi-
mini presidentis / aut bursarij alicuius eorū remaneat ptāte /
Sed reponant in aliquo securo loco sub quattuor seraturis / et
diuersificatis clauib⁹ / quarū primā teneat abbas monasterij /
seu loci couentualis regimini psidens. Secundā bursari⁹. Ter
tiā prior claustralis / ⁊ quartā alius monach⁹ ipsi⁹ monasterij
seu loci couentualis / de quo eiusdē monasterij seu loci couen-
tualis couentui vel maiori parti eiusdē expedire videbit fide-
liter cōseruanda. 6 Volum⁹ etiā q꜡ circa cōcessiones iuriū
aut reddituū alicui ad vitā eius vel aliud certū tēpus / ⁊ circa
locationes / vel etiā reddituū aut fructuū vēditiones / vltra qn
quenniū faciēdas / pmissa forma p omnia obseruetur / hmōi ta
men cōsultatione ac licētia romani pontificis / ⁊ etiā licentia di
cti generalis capl'i ⁊ relatōe in eo faciēda exceptis. 7 Per
mittimus tamē q꜡ parue / steriles / vel inutiles possessiones con
cedi possint / sub annuo cēsu pecuniario / vel sub certa portiōe /
seu quota puentuū ad tantū tempus / quantū visū fuerit ab-
bati alicui⁹ monasterij / vel psidenti regimini loci couentualis
eiusdē ordinis / pcedente tamē maturo / ⁊ diligenti tractatu ha
bito cū suo couentu / ⁊ de cōsensu ipsi⁹ / vel maioris ⁊ sanioris
partis eiusdē / prestitoqꝫ primit⁹ iuramēto p ambos abbates
predictos eodē conuentu presente / q꜡ concessionē huiusmodi

facere intendunt pro vtilitate monasterij seu loci conuētualis cuius erunt possessiones predicte. Et si aliter hmōi cōcessio facta fuerit eoipso sit irrita ⁊ inanis. Si aūt multitudo dictarum possessionū/ ꝗuis paruarū/sterilių/vel inutilių existeret cōcedenda/tunc ante huiusmodi concessionē earū consulat̄ idem capitulū generale ac ipsius sup̱ hoc habeatur licētia/ ꝓut superius est distinctū. Abbas vero vel presidens regimini loci conuentualis/si cōtrariū attemptare p̄sumpserint/ac officiales ipsius monasterij seu loci cōuentualis sup̱ hoc ei consentiētes p̱ eorum patrēabbatē a suis administrationib⁹ deponant̄. 8

Insup̱ quia plerūq̧ contingit iminere necessitatis articulum/ in quo ex diuersis causis expedit abbatibus ⁊ p̄sidentibus pn cipaliter regiminibus aliorū locorum cōuentualiū contrahere mutuum/hanc ꝓuisionis cautelā modificatā in hac parte volumus adhiberi/ꝙ nullus abbas vel alius loci conuētualis regimini presidens ipsi⁹ ordinis/sine consensu ꝓprij cōuentus/ mutuū recipere valeat/⁊ ꝙ in auctentica scriptura obligationis inde faciende/apponant̄ eorundē abbatis vel regimini presidentis ⁊ cōuentus sigilla. Sed si abbas a suo monasterio vel regimini p̄sidens ab eius cōuentuali loco remotus existeret/ talisq̧ vrgeret necessitas ꝙ sine receptiōe mutui sibi/vel familie sue/aut negocijs vtilibus seu causis p̱ eum agendis prouidere non posset/p̱mittimus ꝙ tunc sine suo conuentu ⁊ eius sigillo mutuū recipere valeat/quod tamē summā centū librarū turoneń paruorū seu valorem ipsarū siue integraliter seu particulariter non excedat/cuius mutui quantitatē causam obligationis/ac personā a qua illud receperit abbas/vel alius regimini presidens/mutuū ipsum recipiens infra octo dies post eius regressum ad monasteriū propriū vel suū conuētualē locum ipsius cōuentui ad hoc specialiter congregato/ explicare plenarie teneat̄. Et ꝙ ex quo semel vsq̧ ad huiusmodi summā centū librarum mutuū receperit non possit amplius mutuum recipere/sine consensu ⁊ sigillo conuentus eiusdem/ donec dicte centum libre fuerint integraliter persolute. Quicunq̧ aūt abbas vel alius p̄sidens regimini loci ꝯuentualis p̱ se vel aliū

ↄtra fecerit eoipso ab ingressu ecclesie ac diuinis officijs sit suspensus. 9 Et quia gesta hominū/ scripture fidei cōmittūtur/vt rei geste memoria imposterū habeat/volum⁹ ꝛ ordinamus/vt vbicūq abbates vel alij locorū cōuentualiū regiminibus p̄sidentes/aliquid cū expresso suoꝝ cōuentuū consensu facient/de quo testimonialis cōficiat scriptura/ꝙ sigilla ipsorum abbatū vel aliorū regiminib⁹ presidentiū/eorūq cōuentuum apponant in illa. Et ꝙ deinceps in sigillo cuiuslibet abbatis vel alterius loci cōuentualis regimini p̄sidentis/quocūq nomine censeat ipsius nomē ꝓpriū exprimat/vt melius sciri possit per quē ꝛ cuius tēpore id de quo agetur factū extiterit/ ꝛ vt maliciјs ꝛ falsitatū cōmentis via melius precludat. 10 Preterea cū sit consonū rationi/vt negociorum gestores/ ꝛ officiales de gerendo fideliter ꝛ vtiliter negocia ꝛ officia exercēdo illis cōmissa iuramenti vinculo astringant/ volumus ꝛ ordinam⁹ ꝙ cellararij/bursarij/negociorū gestores/rentarij nūcupati/ceteriq officiales cuiuslibet monasterij/seu alterius loci cōuentualis/ꝛ eorū grangiarū magistri/cū ad officia vel magisteria huiusmodi assument/iuramentū p̄stare teneant in manib⁹ eorū abbatis/vel alteri⁹ loci cōuentualis regimini presidētis/ suiq ↄuentus ꝙ in cōmissis sibi officijs/administrationib⁹/ vel grāgijs/fideliter se habebunt/ ꝛ ꝙ de receptis ꝛ expeñ fidelem cōpotū reddent/ꝛ reliqua ipsi monasterio seu conuentuali loco/ aut eoꝝ bursarijs assignabūt/ꝛ ꝙ illi cellararij/bursarij/negociorū gestores/officiales/ ꝛ magistri qui nūc sunt p̄stare teneantur simile iuramentū. 11 Et quia vbi prudētia ꝛ moderantia fidei firmitate vallate/nō vendicant sibi locū/ luxus inest/ longiq tēporis victū/breuis hora cōsumit/decet ꝛ expedit vt ꝑ dispensatores prudentes ꝛ fidos queq manu teneat substātia ꝛ etiā dispensef/vnde statuim⁹ꝛ etiā ordinamus ꝙ in singulis monasterijs ꝛ alijs cōuentualibus locis p̄dicti ordinis /per abbatē seu aliū regimini presidentē/de seniorū sui cōuētus cōsilio duo bursarij deputentur quoꝝ vnus principalis existat/ qui siquidē bursarij omnes pecunias ipsius monasterij vel loci cōuentualis vndecūq ꝓuenientes. vniuersaliter recipiant/

τ de dicti abbatis vel regimini p̄sidentis mandato/ceteris of-
ficialib⁹ τ alijs distribuant/ꝓut fuerit opoꝛtunū/ipsiq̄ bursa-
rij quater in anno/sed ceteri officiales τ receptoꝛes ꝓuentuum
semel τ etiā pluries/si eidem abbati vel regimini p̄sidenti vi-
debit̄ expedire/de omnib⁹ receptis τ expēsis coꝛam p̄dicto ab-
bate/vel regimini p̄sidente/ac senioꝛib⁹ de cōuentu ipsius mo
nasterij seu loci cōuentualis/teneant̄ plenissimā τ fidelem red
dere rationē. 12 Abbates etiā vel regiminibus p̄sidentes
coꝛam dictis senioꝛib⁹ τ bursarijs annis singulis de receptis τ
expensis p eos/plenā τ fidelem rationē reddere teneant̄/Reci-
piantq̄ ipsi abbates vel regiminib⁹ p̄sidentes/a dictis bursa-
rijs pecunias ꝓ expensis eoꝝ. Et si dum ip̄i extra monasteria
vel alia cōuentualia loca eoꝛum accesserint/eos pecunias con-
tingat de ꝓuentibus monasterioꝝ/seu locoꝝ cōuentualiū eo
rum/aut aliunde recipere huiusmodi pecunias in ipsoꝝ regres
su tradant bursarijs p̄libatis/cōputatis si quas de ipsis pecu-
nijs expenderūt. Abbates vero seu alij regiminib⁹ p̄sidentes/
si secus attēptare vel sibi talia retinere p̄sumpserint/ab ingres
su ecclesie ac diuinis officijs post lapsum duoꝝ mensiū a die
regressus huiusmodi cōputandoꝝ /tamdiu suspensi existant
donec ea tradant bursarijs memoꝛatis. 13 Poꝛro quia p
visitationis actū de vita τ cōuersatione illoꝝ qui visitant̄ ex-
quiritur/τ p eum sincere debet coꝛrectionis τ refoꝛmatiōis of-
ficiū exerceri/nec ꝓinde hi iuxta canonicas etiā sanctiones su-
perfluis sunt impendijs aggrauandi/ statuimus ac etiā oꝛdi-
namus q̄ visitatoꝛes dicti oꝛdinis in aliquo monasterio p eos
visitando/anteq̄ officiū visitationis incipiant/ nisi pꝛima die
qua declinabūt ad illud valeant demoꝛari/τ si manere ibi vo-
luerint sequenti die dumtaxat/id licitum sit eisdem/Et q̄ visi-
tationes in eodē oꝛdine faciende/deinceps nō durent vltra tri
duum continuū/ nisi apparens necessitas vel magna vtilitas
monasterij visitati/dies exposceret amplioꝛes/quodq̄ ille vi-
sitatoꝛ qui vltra ipsos pꝛimos duos dies/ vel vltra pꝛefatum
triduum/absq̄ necessitate vel vtilitate pꝛedictis/easdē visita-
tiones ꝓrogare pꝛesumpserit/si abbas fuerit/sit a stallo choꝛi

ꝛ loco capituli abbatialibꝰ/per vnũ sequentẽ annũ eoipso suspensus/ꝛ sedere in stallo ꝛ loco capituli remotis a stallis alijs ꝛ locis abbatialibꝰ teneatur. Si vero fuerit monachus eoipso sit ꝑ vnũ annũ sequentẽ inhabilis ad quodcũqꝫ officiũ ꝛ administrationẽ seu gubernationẽ in eodẽ ordine obtinenda. Et nihilominus per sex menses sequẽtes in pane ꝛ aqua in suo monasterio ieiunare qualibet sexta feria teneatur. Et ꝙ similes penas incurrãt abbates ꝛ monachi qui visitationis officiũ impẽdendo numerũ euectionũ per felicis recordationis Clementẽ papã.iiij.ꝑdecessorẽ nostrũ super hoc taxatũ excedent. Nec ꝑsumant visitatores ipsi ante huiusmodi eorũ visitationẽ/vel in ipsa/seu post eam/occasione dicte visitatiõis/aliquod munus suspectũ per se vel aliũ recipere/nec illud a suis recipi permittant/Expeñ tamẽ quas fecerint ad visitatũ monasterium eundo/ꝛ de ipso redeũdo/recipere valeant iuxta ordinationẽ super hoc factã ꝑ Clementẽ eundẽ. 14 Ubi aũt a monasterio iam visitato/vsqꝫ ad monasteriũ visitandũ/aliquod vel aliqua monasteria in itinere constituta extiterint/ad que dicti visitatores posint cõmode declinare/hoc ipsi efficere valeant/dictaqꝫ monasteria taliter cõstituta/eosdẽ visitatores caritatiue recipere/decenterqꝫ tractare/ac eis ꝓuidere in victualibus teneantur/ꝛ ꝓ diebus quibus ad huiusmodi cõstituta/ vt prefertur/monasteria declinabũt/ꝛ eis vt pretangit̃ ꝓuisum extiterit/nullas expensas possint a monasterijs seu locis recipere visitatis. Abbas autẽ contra predicta recipiens/nisi infra duos menses a receptione huiusmodi cõputandos/ eis a quibus receperat/receptũ restituat ipsis elapsis/duplũ restituere teneatur. Monachus vero quicquid ꝯtra id receperit restituere nõ postponat/ꝛ obhoc regulari subiaceat disciplīne. Nec audeant prefati visitatores in ipsis visitationibꝰ/ sibi alios abbates adiungere/nec ipsi alij abbates se illis adiũgant/ nisi ꝓ cõsilio/vel auxilio/vbi casus depositionis alicuius abbatis vel aliud magnũ ꝛ arduum negociũ/ seu patrie/ vel locorũ/ ꝑ que transire haberent periculũ immineret/ seu interpretatio linguarum necessaria foret/verumtamen cisterciẽ ꝛ quattuor ab-

bates quattuor principaliũ filiarum/qui sunt pro tempore/ ac superius nominãtur in eisdẽ visitationibus vnũ alium abbatem si velint secum recipere/vel sibi adiungere valeant. Nec predicti visitatores nomina eorũ qui eis in ipsis visitationibus secreta reuelauerint aliqua ea reuelare presumãt/nisi tunc demũ cum propter reuelata huiusmodi ad alicuius punitionẽ vel penã fuerit procedendũ/necnon reuelãtes huiusmodi puniantur/ plus vel minus prout facti qualitas exiget/ secundum arbitriũ ipsius ordinis capituli generalis. Et quod abbates maiores/post abbatem cisterciensis et quattuor alij abbates earundẽ principaliũ filiarum/qui sunt pro tẽpore/extra visitationes eorũ sex tantum/ alij vero minores abbates quattuor euectionibus sint contẽti/ nec hoc pretextu qui paucioribus vti solebant/ credant sibi potestatẽ pluriũ attributã. Rursus precauere volẽtes/ ne per abbates vel monachos dicti ordinis declinãtes ad alia monasteria eiusdẽ ordinis/veniẽdo ad huiusmodi capitulum generale vel de illo redeũdo/seu alias huiusmodi alia monasteria plus debito aggrauentur/statuimus et ordinamus quod abbates aut monachi prefati ad idẽ capitulũ veniẽtes/vel de ipso redeũtes/ seu alias tanquam hospites ad aliquod monasteriũ seu locũ cõuentualẽ iã dicti ordinis declinãtes nõ remaneãt in eodẽ monasterio seu cõuentuali loco/vel in alijs eorũ locis ad expensas ipsius monasterij aut loci cõuentualis/vel aliorũ locorũ ipsorũ vltra diem qua illuc declinauerint/et sequẽtẽ ipsi vel aliquis de familia eorundẽ/nec vltra dictos dies abbas vel cellararius/aut aliquis alius dicti monasterij seu loci conuẽtualis/aut aliquorum locorum eorũdẽ/ ipsos inuitare vel amplius eis aliquid ministrare presumat. Quod si ex aliqua rõnabili causa ipsi vel aliquis de familia eorũdẽ amplius remanere voluerint/expẽsas quas tũc ibi fecerint de bonis proprij monasterij vel aliũde procuratis soluere teneãtur. Quicunque vero contrariũ fecerint tã dãtes quam recipiẽtes/ de inobediẽtia et trãsgressione huiusmodi statuti et ordinationis nostrorum/ per generale dicti ordinis capitulum puniantur. Sed per predicta nullũ ius ipsorum declinãtiũ alicui acquiratur/etiã per ipsos duos dies vel alias ad aliquod monasteriũ seu locũ conuẽtualẽ eiusdẽ ordinis/aut locorum eorum declinãdi

g 6

aut in eorū aliquo remanendi/hoc tamē saluo q circa patēter infirmantes/solita caritas ꝛ pia hospitalitas obseruenť. 15
Quia vero ideo sunt huiusmodi generalia capitula instituta/ vt in eis de statu monasteriorū/ꝛ aliorum locorū regulariū/ ac de reformatiōe ordinis/ꝛ obseruātia regulari/ tractat⁹ debeat diligens adhiberi/dignū ꝛ debitū fore dinoscitur/vt ad illa cō ueniant vniuersi/quib⁹ id iminet ꝑpeditionē canonicā nō habentes/ quare statuim⁹ ꝛ etiā ordinamus q abbates ipsius ordinis qui de cetero nō venerint ad dictū capitulū generale/ q̄ venire tamē tenebanť ſm ordinis p̄dicti statuta/nō habentes impedimentū legitimū seu licētiā specialē ab eo qui dare possit eandē/exhibere teneanť duplū eius qđ expensuri essent ad idem capitulū veniendo/ ꝛ redeūdo de illo/ duplūq hmōi soluere in sequēti capl'o generali in vtilitatē ipsius generalis capituli ꝯuertendū/ ꝛ q possint diffinitores eiusdē capl'i generalis tales abbates nō veniētes/ad duplū hmōi exoluendū auctoritate apl'ica/ ꝑ censurā ecclesiasticā/sublato appellatiōis obstaculo coartare/eorūq sup hoc ꝓcessū habendū ꝛ ferēdas sentētias publicare/ac facere publicari. Qđq circa ipsum duplū in totū vel in partē nulli valeat fieri grā vel remissio indulgeri. Illi vero abbates qui legitimū impedimentū seu licentiā huiusmodi asseruerint se habere illa conuentib⁹ suis tpe quo iter eundi ad dictū capitulū arripere deberēt exponere teneanť/ et nihilominus subsequēter de dictis impedimēto siue licētia in ipso generali capl'o fidē facere ꝑ suū ꝓcuratorē seu excusatorē/ ꝓbū ꝛ idoneū virū/habētē spāle mandatū p̄standi iuramētū in aīam ipsi⁹ mittētis causas absentie ac ipedimētū hmōi vera eē/ qđ quidē iuramētū p̄stare teneať/si visū fuerit abbati cistercieñ qui est ꝓ tēpore ac p̄sidentibus ipsi capitulo generali. Et si abbas ac p̄sidentes prefati tale impedimentū et licentiā ipsam nō esse legitima fuerint arbitrati/ tales abbates qui ad idem capitulū nequaq venerant declarent incurrisse penā soluendi prefatum duplum quēadmodum est premissum. 16
Quia vero nōnulli sicut accepimus ad soluendū cōtributiōes qui in eodē ordine ꝓ necessitatib⁹ ꝛ vsib⁹ cōib⁹ ꝛ alias ꝯsuetis

ipsi⁹ ordinis ꝑ tēpore imponunt se reddunt difficiles ⁊ remis-
sos. Nos aduersus eos ⁊ circa negocia contributionū ipsarū/
aliaq̄ꝫ illa cōtingentia ꝓut sequit duxim⁹ ꝓuidendū/videlicet
q̄ abbati cisterciēsi ⁊ quattuor coabbatib⁹ principaliū filiaꝝ su
pradictis ⁊ qui ꝑ tēpore fuerint/ ⁊ cuilibet eorundē aucte apli
ca/remoto appellationis obstaculo/ꝑ censurā ecclesiasticā/ et ꝑ
alia remedia iuxta dicti ordinis instituta ⁊ obseruātias cōsue-
tas aliaq̄ꝫ oportuna remedia cōpellendi eos quib⁹ dicte cōtri-
butiones ꝑ tēpore imposite fuerint ad soluendū easdē/⁊ ad id
etiā coartandū recusantes seu negligētes soluere p̄fatas cōtri
butiones iā impositas/⁊ quosuis alios impedimētū p̄stantes
publice vel occulte quo minus ꝯtributiōes p̄dicte soluant ad
desistendū ꝓrsus ab impedimēto hmōi/necnō ꝓcessus habē-
dos/ac excōis/suspensionis/⁊ interdicti aliasq̄ꝫ sentētias ferē-
das in tales recusantes negligentes ⁊ impedimentū p̄stantes
nūc ⁊ imposterū in eorū ⁊ aliijs monasterijs ac locis circūuici-
nis dicti ordinis ꝓut fuerit oportunū/ ac in generali capitulo
ipsi⁹ ordinis publicādi ⁊ publicari faciēdi plenā atq̄ꝫ liberā cō-
cedimus tenore p̄sentiū ptātem. 17 Volum⁹ aūt q̄ p̄dic-
tas ꝯtributiones deinceps recipiāt tres abbates dicti ordinis
ad hoc ꝑ ipsum generale caplm seu ꝑ diffinitores eiusdē/annis
singulis deputādi qui iuxta ordinationē dicti capituli seu dif-
finitorū eius ꝑ necessitatib⁹ ⁊ vsib⁹ cōibus aliasq̄ꝫ cōsuetis iā
dicti ordinis dispensent easdē/Et si quid de ipsis cōtributioni
bus sup fuerit in aliquo monasterio securo ad hoc ꝑ dictū ca-
pitulū vel ꝑ ipsius diffinitores eligendo ponat/ ⁊ sub ꝓuisio-
ne custodie ꝑ ipsos tres abbates sup hoc adhibēda sub tribus
seraturis ⁊ diuersificatis clauib⁹ de quib⁹ quilibet ipsorū triū
abbatū suā clauē teneat/fideliter cōseruetur. Tenebūtur nāq̄ꝫ
p̄fati tres abbates in subsequēti capitulo generali de receptis
⁊ expensis ꝑ eos diffinitorib⁹ ipsi⁹ capituli reddere rationē/ et
illud qđ restabit ipsi caplo seu diffinitorib⁹ ipsi⁹ capli custodi-
endū restituere modo p̄misso ꝑ alios tres abbates/ ꝑ ipsū capi
tulū seu diffinitores ei⁹ vt p̄tendit deputādos/ dictiq̄ꝫ tres ab
bates qū ad p̄dicta deputabunt/iuramentū p̄stabunt q̄ in re-

cipiendo/custodiendo/⁊ expendendo cōtributiōes ꝑdictas/ac in reddendo rationē de ipsis fideliter se habebūt. Poterūt autem dicti tres abbates receptores modo ꝑdicto/a generali capitulo seu diffinitorib⁹ ipsius capituli deputati/de ipsorū abbatis cisterciē ⁊ quattuor coabbatū totidē principaliū filiarū consilio certis ꝑsonis fidelib⁹ ⁊ discretis/annis singulis vices suas cōmittere ad recipiendū cōtributiones/in generali capitulo nō solutas. Qui siquidē discreti ꝓstabunt solenniter iuramentū/ꝙ prefatas cōtributiones recipient/leuabūt/exigent/⁊ seruabunt fideliter/⁊ ad sequēs generale capitulū dictis commissarijs generalis capituli seu diffinitorū ei⁹ integraliter deportabunt/dictiqȝ tres abbates rationē reddent corā eisdem abbate cisterciē/⁊ quattuor coabbatib⁹ totidem principaliū filiarū/si omnes ipsi ꝑsentes fuerint/necnō corā illis diffinitoribus quos ꝑfati cisterciē ⁊ quattuor coabbates in Diuione decreuerint remanēdos. Volumus quoqȝ ꝙ fiat speciale sigillū quo littere solutionis ꝯtributionū dicti ordinis de cetero sigillentur/quodquidē sigillum sub trib⁹ seraturis ⁊ diuersificatis clauibus penes dictos tres abbates/vel in aliquo monasterio de quo eis magis expedire videbitur apud aliquē vel aliquos quē vel quos eligendū vel eligendos decreuerint/iam dictū sigillū modo ꝑtacto seruetur/predicte tamē ꝑsone quibus de dictorum abbatis cisterciē ⁊ quattuor coabbatū dictarū totidē ꝑncipaliū filiarū ꝯsilio/ipi tres abbates vt ꝑdicit̄ cōmittēt vices suas dū nō solutas cōtributiōes receperint/poterūt de solutionib⁹ particularib⁹ que fient extra capitulū generale recognitiones facere sub sigillis ꝓprijs eorundē/Sed illa que fiēt post modū eis sigillabunt̄ ꝑdicto speciali sigillo. Premissa vero circa ordinationē cōtributionū sic exacte ac diligēter obseruent̄ in ordine antedicto/ꝙ etiā ꝑ generale capl'm/vel aliū/seu alios quoslibet quouis colore quesito cōtra ea nihil fieri presumat/⁊ si q̄s secus attēptare ꝑsumpserit icurrat excōis sententiā ipso facto. 18 Nēpe cauti⁹ ꝓuidere volētes ꝙ ꝑ diuini cultus ⁊ alijs obsequijs ꝑstandis in ordine ꝑlibato/ꝑsone recipiant̄ idonee ipsis officijs cōgruētes/statuim⁹ ⁊ ordinam⁹/ꝙ de

cetero in eodē ordine nō recipiant in monachos vel cōuersos/ nisi psone idonee ad ea que cōueniūt monachis vel cōuersis p̄dicti ordinis/ꝛ nisi p abbates monasterioꝝ vel principalit p̄sidētiū regiminib⁹ alioꝝ locoꝝ cōuentualiū ipsi⁹ ordinis ꝛ infra monasteria seu loca hmōi cū cōsilio senioꝝ de cōuentu seu maioris vel sanioris partis eoꝝ monasterij/vel alteri⁹ loci cōuentualis in quo monachoꝝ vel cōuersoꝝ fiet receptio p̄dictoꝝ/ Si secus actū fuerit carere iurib⁹ decernētes. 19 Pro secto quia honestas/tēperantia/ꝛ modestia debent in cunctis psonis ecclesiasticis ꝛ maxime regularib⁹ diuinis laudibus sedulius dedicatis/locū p̄cipuū obtinere/statuimus ꝛ etiā ordinamus/vt omnes abbates ꝛ p̄sidentes regiminib⁹ alioꝝ locorū cōuentualiū ꝛ monachi eiusdē ordinis/pannis bruni/vel albi coloris/ dumtaxat vtantur/ ꝛ q̄ domicellū seu domicellos de vestibus vel robis ptitis aut virgatis indutū vel indutos siue alias sumptuosis ducere nō p̄sumant. Quodq̄ a curiositate ac supfluitate vasoꝝ argenteoꝝ/ lectisternioꝝ /ꝛ quoꝝlibet ornamentoꝝ curent penitus abstinere. Contrariū vero faciētes p patres abbates eoꝝ/ꝛ p visitatores/vel p capitulū generale ipsius ordinis taliter puniant/q̄ metus pene alioꝝ sic excedere volentiū meta existat. 20 Et q̄ abbates monasteriorum ꝛ p̄sidentes regiminib⁹ aliorum cōuentualiū locorum dicti ordinis exceptis abbate cistercien ꝛ quattuor coabbatibus totidē principaliū filiarū supradictis/qui sunt ꝛ p tēpore fuerint vltra vnū secularē clericum siue laicū equitantē ducere nō p̄sumant. 21 Quia vero psonas regulari obseruātie deditas/docet potissimū ab esu ꝓhibitoꝝ cibarioꝝ tam virtutis amore q̄ꝫ pene formidine abstinere/ ne ab eis in castrimargie lubricū descendat/auctoritate p̄sentiū firmiter inhibem⁹/ ne deinceps abbates ꝛ monachi dicti ordinis extra monasteria seu loca ꝯuētualia eiusdē ordinis/ꝛ etiā ipsi monachi infra monasteria seu loca hmōi/aut in cameris ꝛ extra infirmitoriū cōmune/carnes vel pulmēta cum carnib⁹ condita vel decocta p̄sumant comedere/ꝯtra obseruantiā dicti ordinis diucius obseruatā. Nos eni licētias quas aliqui abbates ꝛ monachi iā dicti

ordinis dicunt a sede aplica sup esu carniū se habere cū tales licētie redundēt in scandalū alioꝝ/penit⁹ reuocamus. Mona chus aūt vel cōuersus qui hmōi nostre inhibitiōis transgres sor extiterit/trib⁹ diebus ꝓ qualibet carniū vel dictoꝝ pulmē toꝝ comestione ieiunare in pane teneat̃ ꝛ aqua/ ꝛ ꝙ nihilomi nus quolibet ipsoꝝ dierū in capitulo regularē accipiat discipli nā/Sed abbas inhibitionis p̄fate transgressor nō ad discipli nā ipsam/sed ad hmōi ieiunia teneat̃/ꝛ si scienter hec omiserit negligēter facere obseruari/etiā ex negligētia hmōi teneat̃ ad ieiunia p̄libata/quequidē pene nulli remitti valeant/ nec sup eis vel ipsarū parte aliqua cū aliquo dispēsari/qḋ si aliqui sup esu carniū vel pulmentoꝝ p̄dictorū sepe inuenti fuerint delin quētes/seu esum ip̄m cōtra ordinationē hmōi frequētantes/ꝛ p abbatē ꝓprios/ꝙ a talib⁹ abstineāt/canonice moniti nō de stiterint/sint post monitionē hmōi p bienniū eoipo inhabiles ad quecūq̃ officia ꝛ administrationes in eodē ordine obtinen da/obtinētes vero illa remoueant̃/si abbatib⁹ eorū visum fue rit/ab obtētis. Inhibem⁹ quoq̃ ꝙ nullus monach⁹ vel cōuer sus dicti ordinis cuiuscūq̃ cōditionis existat etiā si officiū ha beat/nisi egritudine graui vł debilitate detētus fuerit/ carnes de cetero in cameris infirmitoriū comedere p̄sumat. Sed oēs comedant in refectorio cōmuni infirmitorio deputato. Nec carnes parent̃ vel decoquātur alibi q̃ in infirmitorio cōmuni seu in coquina eidē infirmitorio deputata vel imposterū depu tanda/nisi abbas ex aliqua causa rationabili alibi decoqui vł parari mandaret easdē/ vel in eius absentia ille cui dictus ab bas cōmiserit vices suas. Ubicūq̃ aūt carnes ꝓ alijs q̃ ꝓ in firmis vel debilib⁹ parate fuerint/p infirmariū inter comedē tes in infirmatorio diuidant̃. Abbatib⁹ vero benemeritis qui cesserūt vel cedent imposterū spōtanea volūtate locus ꝛ esus carniū p abbatē ꝓpriū sm̄ sue discretionis arbitriū cōcedant̃. Et q̄libet abbas dicti ordinis ex indulgētia possit interdū aliq̄s fratrū nūc hos ꝛ nūc illos/ꝓut necessitas postulauerit aduo care/ipsosq̃ secū in camera sua melius ꝛ plenı⁹ exhibere. Ab bates aūt ꝛ alie notabiles ꝑsone ipsi⁹ ordinis ad monasteria

declinãtes de abbatis vel eo absente de p̃sidẽtis regimini eius dẽ monasterij licẽtia vt in camera ipsi⁹ abbatis vel in cõmuni infirmitorio carnib⁹ vti possint. Et qm̃ aliqui monachi dicti or dinis in nõnullis monasterijs ⁊ studijs sibi temere vẽdicare p̃sumunt q̃ certis dieb⁹ qualibet septimana iuxta obseruantias seu cõsuetudines/vel statuta que sup̱ hoc allegãt/minus tamẽ rõnabilia/eis carnes debeãt ministrari. Nos hmõi abusũ/obseruãtias/cõsuetudines/seu statuta hmõi vtpote vergẽtia in eorũ religionis opprobriũ ⁊ exempli p̱niciẽ alioꝝ penitus reprobãtes/auctoritate ordinam⁹ eadẽ/q̃d nullus abbas/prouisor/prior/cellarari⁹/vel alius deinceps hec aliquaten⁹ obseruare p̃sumat/nec etiã obseruari p̱mittat aut ministrare vel ministrari facere occasione obseruantiarũ/cõsuetudinũ seu statutoꝝ p̃dictorũ carnes alicui p̃dicti ordinis p̃terq̃ in alijs casibus licitis ⁊ p̱missis. 22 Cũq̃ tam scd̃m canonica q̃ regularia instituta in vnũ locũ dormire debeãt monachi vniuersi/⁊ pretextu camerarũ seiũctarũ que in aliquib⁹ monasterijs extra infirmitoria/⁊ p̱pter cellas que in dormitorijs sunt constructe/multe sunt inhonestates ⁊ dissolutiões inducte. Nos sup̱ his expressius ⁊ salubrius p̱uidere volẽtes. Statuim⁹ ⁊ ordinamus q̃d nullus de cetero monachoꝝ in cameris iacere audeat/ nisi solũmodo p̱pter inualitudinẽ corporalẽ/⁊ tũc in cameris infirmitorij dũtaxat sed oẽs in dormitorio iaceãt/nisi forte ab hoc aliquis p̱pter officiũ excuset/⁊ tunc possit alibi/ si aliter cõmode in dormitorio iacere nõ valeat. 23 Ad hoc etiã statuẽdo ⁊ ordinando adijcim⁹/q̃ deinceps celle in dormitorijs nullatenus cõstruant/⁊ si que iã cõstructe fuerint/oĩno p̱ abbates vel principales p̃latos p̱prios infra tres mẽses a tẽpore quo hoc statutũ ⁊ ordinatio ad eos p̱uenerit/⁊ eis negligẽtibus seu nõ valentib⁹ p̱ visitatores in p̱ma visitatione quã impendẽt auctoritate ap̃lica destruant. Et q̃ sup̱ his resistẽtes eisdẽ/vel impedimentũ aliq̃d p̃stantes seu p̃stari p̱curantes/⁊ ad hoc dantes auxiliũ/cõsiliũ/vel fauorẽ/publice vel occulte incurrãt excõicationis sentẽtiã ipso facto. A qua quidẽ sentẽtia nequeãt nisi p̱ visitatores absolui p̃latos/quos etiã ipsi visitatores per

alia iuris et statutorũ eiusdē ordinis remedia valeāt cohercere. Priores tñ claustrales et supriores possint iuxta abbatis vel p̄lati principalis arbitriũ cellam habere infra dormitoriũ competentē. Dicti autē visitatores quod sup his inuenerint vel fecerint referant plene ac fideliter in ipsi⁹ ordinis subsequēti capitulo generali. 24 Quia vero in nonnullis monasterijs seu alijs locis cõuentualib⁹ dicti ordinis seruari dicit abusiue q̄ quilibet monachus certi bladi/panis/vini/vel pecunie recipiat portionē. Nos p̄sus abusum huiusmodi detestãtes/et etiam abolētes/ac volentes in hac parte vtiliter puidere auctoritate p̄dicta/firmiter phibemus q̄ deinceps in nullo ipsius ordinis monasterio fiant hmõi portiones. Sed ministrent vnicuiq; put cõitas eiusdē ordinis obseruauit hactenus atq; seruat. Adijcientes et phibentes etiã q̄ nulli monacho certi redditus aut puentus/seu pars reddituũ vel puentuũ aut aliqua pensio pro victu vel vestitu seu ex quacũq; alia causa de cetero cõcedant/vel alicui assignētur/aut alicui vel aliquibus monachis ab extraneis cõcessi vel donati pmittant eisdē. Sz in vtilitatē monasterioꝝ ipsoꝝ p abbates pprios cõuertant. Nõq; inter abbates et puentus/aut officiales alicui⁹ monasterij dicti ordinis nequa q̄ fiat sectio bonorũ/ fructuũ/reddituũ/vel puentuũ eorũ. Sed cõmunibus ipsorũ vsibus deputent. Nos tñ concessiones vel assignatiões eisdem monachis de dictis redditib⁹ vel puentibus/seu eorũ parte aut pensione aliqua/ vt premissum est factas/ac sectiones bonorum seu discretiões fructuũ/reddituũ/vel puentuũ huiusmodi si que facte sunt totaliter reuocamus. Abbates vero qui deinceps portiões p̄dictas aut sectiones seu diuisiones hmõi bonoꝝ et alioꝝ p̄fatoꝝ monasterioꝝ suoꝝ fecerint vel fieri cõcesserint/aut hacten⁹ factas seruari pmiserint deponant. Monachi aũt qui p̄dictis restiterint vel impedimētũ p se vel aliũ p̄stiterint seu p̄stari pcurarint/tãto tēpore carceri mancipent/quãto abbati seu alij p̄ncipali p̄lato eoꝝ visũ fuerit expedire/ac si etiã abbati vel ipi p̄ncipali p̄lato in hoc ɔtradixerint ppetuo carceri mãcipent. 25 Abbatib⁹ vero bñ meritis q̄ volũtarie cesserũt vel cedēt impo

sterũ/sufficiẽs ⁊ ꝯgrua ꝓuisio ꝓut patri abbati ⁊ abbati succes-
sori cedẽtis abbatis/ de ꝯsilio seniorũ/ de cõuẽtu illi⁹ monaste-
rij cui⁹ regimini cessit vel cedet visũ fuerit assignet/ ⁊ etiã ꝓbea
tur. 26 Et vt oĩs euagatiõis ac inutiliũ expensarũ occasio
subtrahat aucte inhibem⁹ eadẽ/ ne quisq̃ monach⁹ vel cõuer-
sus dicti ordinis cuiuscũq̃ stat⁹ vel ꝯditionis existat eq̃taturã
tenere p̃sumat/ cellararijs/ ꝓcuratorib⁹/ ⁊ grangiarũ guberna-
torib⁹ dũtaxat exceptis/ quib⁹ abbas possit hoc de vna tñ cõ-
cedere si viderit expedire. Cellararijs tñ cistercieñ ⁊ aliorũ q̃ttu
Eiusdē. Conseruatoria cōcessa p dominū Johannē papam. xxiii. ad vniuersos prelatos ecclesie confirmatiua conseruatoriarum p dominū Clementē papam. v. ac p dominum Clementē papam. vi. concessarum. Cum additione q rectores ecclesiarum absq3 litteris diocesanorū/quas placet vocant/conseruatorum mandata exequantur.

Iohannes Eps seruus seruoꝝ dei Ad futurā rei memoriam. Jlla que ꝓ statu trāquillitate ⁊ pace ꝑsonarum ecclesiasticarū ꝑsertim sub religiōis habitu virtutū dn̄o militantiū laudabiliter facta sunt vt ꝑpetui roboris firmitatē obtineant libēter cū a nobis petit̄ apl̄ico munimine roboramus. Sane petitio ꝓ parte dilectorū filiorū abbatis monasterij cistercij Cabilonen̄ diocl/eiusqꝫ coabbatū abbatissarū ⁊ conuentuū eiusdē ordinis nobis nuper exhibita cōtinebat/ꝙ olim felicis recordationis Clemēs papa. v. p̄decessor noster volens eorundē abbatū/abbatissarū/conuentuū ⁊ monasteriorū/ac ꝓ tempore degentiū in eisdē ne prauorum hoim molestijs vexarent̄/oportunitatib⁹ ꝓuidere/vt eo deuotius quo quieti⁹ deuotū ⁊ sedulū deo redderēt famulatū in fauorē ⁊ ꝓ incremento ordinis/ac abbatū abbatissarū ⁊ cōuentuū eiusdē/quoddā priuilegiū/gratias/seu litteras cōseruatorias quarū tenorē ⁊ formā in camera nostra cū omni diligētia inspici/ac de verbo ad verbū inferius iussim⁹ annotari indulsit ac cōcessit eisdē. Quare ꝓ parte dictorū abbatū/abbatissarū ⁊ conuentuū nobis fuit hūiliter supplicatū/vt ꝓ firmiori substentia omniū p̄missorū litteris dicti p̄decessoris ac omnibus in eis cōtentis robur apl̄ice cōfirmationis adijcere/ ⁊ alias ad illorū ꝑpetuū robur obtinendū partes apl̄ice ꝓuisionis interponere de benignitate apl̄ica dignaremur. Nos igitur eiusdē p̄decessoris vestigijs inherentes hmōi supplicationib⁹ inclinati/p̄fatas litteras omniaqꝫ in eis cōtenta ⁊ alias quascūqꝫ sub eadē forma ꝓ dicto ordine quibuscūqꝫ iudicibus ꝑ eundē p̄decessorē/ac felicis recordationis Clementē. vj. cōcessas ex nunc imperpetuū auctoritate apl̄ica ⁊ ex certa sciētia approbamus/ ac etiā cōfirmamus ⁊ p̄sentis scripti patrocinio cōmunimus/ Decernētes ea fore vbicūqꝫ ⁊ qn̄cūqꝫ exhibita fuerint vel ostēsa in iudicio vel extra imperpetuū inuiolabiliter obseruanda/ vniuersos ⁊ singulos patriarchas/ p̄mates/ archiep̄os / ep̄os/ abbates/priores/decanos/archidiaconos/p̄positos/ archipre

sbyteros/officiales/necnō principes christianos etiā si īperiali regali vł alia quauis dignitate fulgētes/ac eorūdē subditos ⁊ officiarios/ciuitatū quoq̧ villarū seu cōmunitatū quorūlibet rectores ⁊ maiores regentes/ac ecclesiarū rectores quoscūq̧ rogantes moneñ ⁊ hortañ attēte/eisq̧ ꝑ apłica scripta in virtute obedientie districte p̄cipiēdo mādantes/quaten⁹ p̄dictos abbates abbatissas cōuent⁹ ⁊ ꝑsonas ordinis p̄nominati p̄tactis cōseruatorijs vti pacifice ꝑmittāt ⁊ iudiciū in eisdē noīatorum ac substitutoꝝ ab eis vel eoꝝ altero mandata ipsi rectores ecclesiarū absq̧ litteris diocesanoꝝ quas vocāt placet executiōi demandēt. Nos aūt ex nūc irritū ⁊ inane decernim⁹ si secus a quoquā quauis auctoritate sciēter vel ignorāter cōtigerit attēptari. Tenor vero dictarū litterarū sequit̄ ⁊ est talis. Clemens Ep̄s seruus seruoꝝ dei. Dilecto filio abbati monasterij sancti Pauli Bisuntiñ. Salutē ⁊ apłicam benedictionē. Et si quibuslibet ꝑsonis ecclesiasticis presertim sub religionis habitu dño famulantibus/apłicum debeat adesse p̄sidiū/ ꝓfessores tamē cistercieñ ordinis/vtriusq̧ sexus/ ne prauorū hominū molestijs agitētur eo libentius ꝓtectionis nostre munimine cōfouemus/quo prefatū ordinē in ecclesia dei cōspicuū/dilectione ꝓsequimur ampliori/ac illorum iniurie grauius nos contingūt. Cū itaq̧ sicut ad nostrū peruenit auditū/ dilecti filij abbas cistercij/eiusq̧ coabbates ⁊ fratres/ac dilecte in christo filie abbatisse ⁊ sorores eorūq̧ cōuentus ipsius cistercieñ ordinis a nōnullis qui nomen dñi inuacuū recipere nō formidāt in personis ⁊ bonis suis multipliciter molestentur. Nos volētes ipsorū abbatū/fratrum/abbatissarū/sororū/ac conuentuū ꝓuidere quieti ⁊ peruersoꝝ conatibus obuiare/discretioni tue ꝑ apostolica scripta mandamus/quaten⁹ per te vel aliū seu alios eisdem abbatibus/fratrib⁹/abbatissis/sororibus ⁊ cōuentibus efficaci presidio defensionis assistens non ꝑmittas ip̄os in personis ⁊ bonis eorū contra indulta priuilegioꝝ sedis apostolice ab aliquib⁹ indebite molestari/molestatores hmōi quicūq̧ ⁊ cuiuscūq̧ religionis/cōditionis/aut status existant etiā si pōtificali fulgeant dignitate/auctoritate nostra appellatione

postposita compescendo. Nō obstantib⁹ felicis recordationis Bonifacij pape. viij. p̄decessoris nostri qua cauetur ne cum ac tor ⁊ reus fuerint eiusdem ciuitatis vel dioc. aliquis eorum ex tra ipsas nisi in certis casibus ad iudiciū euocetur/ ⁊ alia ne cō seruatores a sede deputati p̄dicta/ extra ciuitates ⁊ dioc. in q̄ bus deputati fuerint contra quoscunq₃ procedere/ siue alij vel alijs vices suas cōmittere/ aut aliquibus vltra vnam dietā a fine diocesis eorundē trahere p̄sumant/ quodq₃ potestas ⁊ iu risdictio conseruatorū quo ad nō cepta negocia per obitū con cedentis expiret/ quam de duab⁹ dietis in concilio generali et alijs quibuscūq₃ constitutiōibus ab eodem Bonifatio ⁊ alijs p̄decessoribus nostris Romanī pontificib⁹ sup hoc in contrari um editis/ dūmodo vltra tertiā vel quartā dietam aliquis ex tra suā diocesim auctoritate presentiū nō trahatur/ seu si aliq̄ bus cōiter vel diuisim a predicta sit sede indultū/ q͛ interdici suspendi/ vel excōmunicari/ seu extra vel vltra certa loca ad iu diciū euocari nō possint p litteras ap̄licas nō facientes plenā ⁊ expressam de indulto hmōi eorūq₃ personis locis vel ordini bus mentionē/ seu qualibet alia indulgentia dicte sedis gene rali vel speciali/ p quā tue iurisdictionis explicatio in hac par te valcat quomodolibet impediri/ Attentius ꝓuisurus ne de his sup quibus lis est forte iam mota/ seu que cause cognitio nem exigūt/ ⁊ que indulta huiusmodi nō cōtingunt p te vel ali um seu alios te aliquatenus intromittas. Nos enī si secus pre sumpseris tam presentes litteras qnā etiā processum quē per te vel ipsos illarū auctoritate haberi contigerit omnino carere viribus/ ac nulli⁹ fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo mandatū nostrum sic prudēter ⁊ fideliter exequaris/ vt eius fi nes quomodolibet nō excedas. Ceteꝝ volumus ⁊ auctoritate ap̄lica decernim⁹ q͛ a data presentiū sit tibi in p̄missis oībus ⁊ eorū singulis perpetuata potestas/ ⁊ iurisdictio attributa vt in eo vigore illaq₃ firmitate possis auctoritate predicta in pre dictis omnibus/ ⁊ pro predictis procedere/ ac si tua iurisdictio in his omnibus ⁊ singulis per citationem / monitionem / vel modum alium perpetuata legitimū extitisset. Datū Auinionī

ij. Nouē. Septēbris. Pōtificatus nostri Anno quarto. Nulli ergo oīno hoīm liceat hanc paginā nostre approbationis/cōfirmationis/cōmunitionis/cōstitutionis/rogationis/monitionis/hortationis/ꝛ mandati infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemptare p̄sumpserit/indignatione omnipotētis dei/ꝛ beatoꝝ Petri ꝛ Pauli apl'orum eius se nouerit incursurū. Datum Constantie. vij. kl'. februarij. Pontificatus nostri Anno quinto.

Hanc in forma confirmat Sacrosancta synodus Basilieñ. Nouē Januarij Anno dñi M.cccc.xxxviij.

Priuilegiū dñi Martini pape. v. Qr monasteria ꝛ p̄sone ordinis nō soluent decimas tam de possessionib⁹ ante ꝛ post cōcilium generale acquisitis q̄ȝ de cetero habendis. Et etiā de noualib⁹ siue ante siue post huiusmodi ꝯciliū acquisitis ꝛ acquirendis quōcūqȝ vel qualitercūqȝ excolantur. Etiā de illis possessionib⁹ de quibus aliquis hacten⁹ decimas p̄cepit/ necnon de ortis/virgultis/piscationib⁹/ ꝛ aīaliū nutrimētis a p̄statiōe decimarū eximunt.

Martinus Ep̄s seruus seruoꝝ dei. Venerabilib⁹ fratribus archiep̄is ꝛ ep̄is/ac dilectis filijs abbatibus prioribus/decanis/archidiaconis/p̄positis ꝛ alijs ecclesiarū p̄latis/ad quos p̄sentes littere peruenerint. Salutē ꝛ aplicam benedic-

tionē. Militanti ecclesie licet immeriti disponēte dño psidentes circa curā ecclesiarū/ac monasterioꝝ omniū solercia reddimur indefessa solliciti vt iuxta debitū pastoral' officij eoꝝ occurramus dispendijs/ꝛ pfectib⁹ diuina cooperāte clemētia salubriter intēdamus. Cū abbates cistercieñ ordinis ad cōmonitionē felicis recordatiōis Innocētij pape pdecessoris nostri statuerūt/vt de cetero fratres ipsi⁹ ordinis ne occasione puilegiorum suoꝝ grauarent/de alienis terris/ꝛ ab eo tēpore acquirēdis si eas pprijs manib⁹/aut sumptib⁹ colerent/decimas psoluerent ecclesijs quib⁹ rōne pdiorū antea soluebant/ nisi cum eisdē ecclesijs aliter ducerent cōponendū/dictus pdecessor noster/q₂ sperabat vt ecclesiarū plati pniores ꝛ efficaciores existerent/ad exhibendū de suis malefactorib⁹ iusticie cōplementum/ꝛ eorū priuilegia diligētius ꝛ pfectius obseruarēt/ statutum hmōi gratū habētes ꝛ ratum/hoc ad alios regulares qui similib⁹ gaudent puilegijs extendi voluit ꝛ mādauit. Sed qđ dolētes referimus res in cōtrariū est versa/sicut ex graui querela dilecti in christo filij Johānis abbatis cistercieñ/ necnō aliorū abbatū/priorū/abbatissarū nobis innotuit. Nōnulli ecclesiarū plati/archiepi/ꝛ epi/ꝛ alij clerici/eorū priuilegia temere cupientes/ꝛ cōtendētes/maliciose ipsoꝝ puertere itellectū/ ipos ꝛ ipsas/ac cōuentus ꝛ monasteria grangiasq₃ inquietāt multipliciter. Nam cū sit ipsis ac pfato ordini indultū vt de noualibus que pprijs sumptib⁹ excolunt/ siue de ortis/ virgultis/et piscationib⁹ suis/vel de suoꝝ animaliū nutrimētis/nullus ab eis decimas exigere vel extorquere psumat. Quidā puerso intellectu cōficto dicentes quod hec non possunt nec debent intelligi/nisi de his que sunt ante generale cōciliū acquisita/ ipsos ꝛ dictū ordinē ac monasteria dicti ordinis grangiasq₃ in genere ꝛ in specie sup his multiplici vexatione fatigant. Nos eñ ppagationē ordinis/ꝛ tranquillitatē pfatoꝝ abbatū/ priorū/ abbatissarū/ꝛ cōuentuū dicti ordinis intēsis desiderijs affectātes/pfatis ꝛ pluribus alijs fauoribus psequi gratie amplioris eorū supplicationibus inclinati de speciali gratia/ necnō ex cōsideratiōe nōnullorū regū ꝛ principū q nobis suas destinarūt

litteras cōcedentes/vniuersitati vestre p aplica scripta mādamus quaten⁹ dictū abbatē ⁊ oēs ⁊ singulos abbates/priores/abbatissas/⁊ oia ⁊ singula monasteria/⁊ singulares psonas dicti ordinis psentia ⁊ futura/vbicūq p tēpore ↄsistētia/ a pstatiōe decimaꝝ/tā de possessionib⁹ habitis añ ⁊ post ↄciliū memoratū/quā de cetero habēdis/ ⁊ tā de nouialib⁹/siue añ/siue post ↄciliū hmōi acqsitis/⁊ acqrendis/q ꝓpriis sumptibus excolunt/seu excolēt/q alias quōcūq/vel qualitercūq excolant ⁊ etiā de illis possessionib⁹ de quib⁹ aliquis hactenus pcepit/necnō de ortis/virgultis/⁊ piscationib⁹ suis/⁊ de suoꝝ animaliū nutrimētis/singuli vestrū oīno seruetis immunes. Cōtradictores p censurā ecclesiasticā appellatione postposita copescendo/inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularl/quibuscūq ↄstitutionib⁹/ordinationib⁹/aplicis ⁊ alijs in ↄtrariū editis/etiā iuramēto cōfirmatione aplica vel quacūq firmitate alia roboratis nō obstantib⁹. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginā nostre volūtatis ⁊ ↄcessionis infringere/ vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis aūt hoc attēptare psūpserit/indignationē omnipotētis dei/⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli aplorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctā Mariam maiorem, Nono kl'. Octobris. Pontificatus nostri Anno septimo.

Eiusdē. Qr nulli monasterijs ordinis psi deñ pñt illa simplicit' dimittere/vel cā permutatiōis relinqre/vt alijs monasterijs pficiant/nisi obtēta capli general' licētia.


MArtinus Episcopus seruus seruorū dei. Dilectis filijs cistercieñ Cabiloneñ diocesis/ceterorūq ordinis cistercieñ monasteriorū abbatibus et conuentibus. Salutē ⁊ aplicam benedicti-

onē. Sacre religionis sub qua deuotū ꝛ sedulū exhibetis dn̄o famulatū ꝓmeretur honestas vt illa vobis fauorabiliter concedam⁹/ ꝑ que statui ꝛ cōmodo vestri ordinis salubriter cōsulatur. Hinc est ꝙ nos vestris in hac parte supplicationib⁹ inclinati/ vt nulli quicūqꝫ monasterijs/ aut quibusuis alijs locis conuentualib⁹ dicti ordinis nūc vel ꝓ tempore p̄sidentes/ vel illa obtinētes monasteria vel loca hm̄oi/ vt ipsi inde alijs monasterijs vel locis dicti vel alterius ordinis p̄ficiant/ vel de locis ipsis eis ꝓuideatur/ simpliciter vel ex causa permutationis dimittere ꝛ alijs prefici/ vel ea obtinere valeant/ nisi sup hoc per eos primitus petita ꝛ obtenta a capitulo generali/ ꝛ alias ꝭm statuta ꝛ ordinationes dicti ordinis/ vel sede ap̄lica de p̄sentibus faciente specialē ꝛ exp̄ssam de verbo ad verbū mentionē/ licentia speciali/ quouismodo valeāt/ vobis auctoritate ap̄lica de speciali gratia tenore p̄sentiū indulgemus. Decernentes ex nunc irritū ꝛ inane si secus sup his a quoquā quauis auctoritate sciēter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo oino hominū liceat hanc paginā nostre cōcessionis ꝛ cōstitutionis infringere/ vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attemptare p̄sumpserit/ indignationē omnipotētis dei/ et beatorum Petri ꝛ Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Constantie. v. Idus Decembris. Pontificatus nostri Anno primo.

Iste pōtifex cōcessit ordini ꝙ cōseruatores ꝛ eorum executores/ ac notarij ꝛ tabelliones possunt exequi litteras apostolicas/ ꝛ suam iurisdictionē absqꝫ litteris de vidimus/ seu placet/ ꝑ episcopos seu eorū officiales dandas. Et hanc ꝓuisionē confirmat dn̄s Eugenius papa. iiij. vide suo loco.

Decretū concilij Basilieñ. Ut ꝓuisiones pastorū in ecclesijs cathedralib⁹ monasterijs ꝛ ecclesijs collegiatis/ ac dignitati-

bus electiuis solū fiant p electionē colle-
giorum et cōuentuū/ scdm iuris dispositi-
nem/ que saltē in nonnullis religionibus
necessario requirit p̄sentiā superioris fi-
ant reseruationibus cessantib⁹. Et ibi de
cerimonijs obseruandis in electionibus
faciendis.



Acrosancta Generalis synodus Basilien̄ in spiritusancto legitime cōgregata vniuersalem ecclesiā rep̄sentans/ Ad ppetuā rei memoriā. Sicut in cōstruenda domo precipua est architectoris cura vt tale iaceat fundamentum sup quo firmū pduret edificium. Ita in generali ecclesie reformatiōe potissimū est hui⁹ sancte synodi studiū/ vt tales ecclesijs p̄ficiātur pastores qui tanq̄ columne et bases ipsam ecclesiā doctrine ac meritoꝝ viribus firmiter subsistent/ quāta aūt in eligendis p̄latis diligentia adhibenda sit officiū eis iniunctū euidenter ostēdit. Ad regimē em̄ assumunt animarū p quibus dn̄s noster Jesus christ⁹ mortu⁹ est/ et sanguis ei⁹ p̄ciosus effusus. Propterea sacri canones spiritu dei pmulgati puide statuerūt/ vt vnaquaq̄ ecclesia ac collegium seu cōuentus sibi prelatū eligant/ quib⁹ hec sancta Synodus eodē spiritu cōgregata inherens statuit et diffinit generalē reseruationē omniū ecclesiaꝝ metropolitanarū/ cathedraliū/ collegiatarū/ et monasterioꝝ/ ac dignitatū electiuarū per Romanū pontificē de cetero fieri aut facta vti nō debere reseruationib⁹ in corpore iuris clausis/ et his quas in terris Romanē ecclesie ratione directi seu vtilis dominij mediate vel imediate subiectis fieri ↄtigerit semp exceptis/ sed quod p electiones ac cōfirmationes canonicas sm iuris cōmunis dispositionem

p̄dictis Metropolitan̄/cathedralib⁹/monasteriis/ꝛ collegiatꝭ ecclesiis/ac dignitatib⁹ electiuis vacantib⁹ debite puideat̄/nō derogando ꝓpterea statutis/puilegiis ꝛ cōsuetudinib⁹ rationabilib⁹ q̄buscūq͂/postulationibus in dispositione iuris communis remanētib⁹/decernitq͂ hec sancta synodus rationi fore cōsentaneū ꝛ reipublice accōmodū/vt cōtra hoc salutare decretū Roman⁹ pontifex nihil attēptet/nisi ex magna rationabili ꝛ euidēti causa in litteris aplicis nominatim exprimenda. Et vt eo firmius hoc salubre decretū custodiat̄/vult eadē sancta synodus vt inter alia que Roman⁹ pontifex in sua assumptione ꝓfitebit̄ iuret decretū hoc inuiolabiliter obseruare. Et qm̄ tales vt p̄dictū est oportet esse p̄latos hi ad q̄s ius ptinet eligēdi oēm curā adhibeāt/vt dignā corā deo ꝛ hoībus electionē faciāt/exactāq͂ puide apponant sollicitudinē vt tales eligāt q̄ tanto officio valeāt satisfacere. Sciētes qđ si dolose vel negligēter ac timore dn̄i postposito i re tā graui se gesserint/sicut auctores erūt ꝛ causa maloꝝ pastoꝝ ita participes fient penarū quas ipsi mali pastores in districto dei iudicio patient̄/ ꝛ cū hūane fragilitatis conat⁹ nihil sine omnipotētis dei suffragio queat efficere a quo omne datū optimū/ꝛ omne donū pfectū descēdit aduenīēte die electiōis hi ad q̄s pōtificis vel abbatis spectat electio in ecclesia ꝯueniāt magna cū deuotione missā de spirituscto auditūri/quē hūiliter exorabūt vt eos ad dignū eligendū pastorē inspirare dignet̄/ꝛ vt eo facili⁹ gratiā hanc obtinere mereant̄/quo deuoti⁹ ad actum electionis accedent ꝯtriti ꝛ ꝯfessi sacramētū eucaristie reuerēter suscipiēt. Ad locū vero electiōis ingressi ꝓ quocūq͂ p̄lato qui p electionē assumūtur iurabūt in manu ei⁹ qui caplo p̄sidebit/ꝛ ipse p̄sidēs in manib⁹ eū imediate sequeñ sub hac forma. Ego. N. iuro et ꝓmitto oīpotēti deo ꝛ tali sancto/vel sancte sub cui⁹ vocabulo dedicata est ecclesia/eū eligere quē credā futurū ecclie in spiritualib⁹ ꝛ tēporalib⁹ vtiliorē/nec illi vocē dare quē verisimilit̄ sciuero ꝓmissione aut datiōe alicui⁹ rei tēporalis/seu prece/ p se aut aliū interposita/aut alias qualitercūq͂ directe vel indirecte ꝓ se electionē ꝓcurare. Idē iuramentū prestet cōfiteat̄q͂


⁊ cōmunicet/qui cōstituit ꝓcuratorē ad eligendū certā ꝑsonā/ necnō ꝓcurator generaliter ad eligendū cōstitutus in casibus in quib⁹ ſm iuris cōmunis dispositionē in hmōi electionis negocio ꝓcurator constitui potest/quod etiā iuramentū ꝑstet ab his in quos cōtinget sup electione futuri prelati fieri cōpromissum/qui etiā cōfiteri ⁊ cōmunicare teneant/qđ si predicta non fecerint ꝓ illa vice eligendi sint ipso iure ptāte priuati. Deinde eligāt in prefatū prelatū virū etatis legitime/moribus grauē/ litterarū scientia preditū/in sacris ordinibus cōstitutū/⁊ alias idoneū ſm canonicas sanctiones. Qđ si aliter ⁊ de alia ꝑsona quā vt p̄dictū est/aut ꝑ symoniacā prauitatē electionē fieri cōtigerit electio sit ipso iure irrita ⁊ inanis/⁊ sic symoniace eligētes preter alias penas ꝑpetuo sint ipso facto iure eligēdi ꝑuati/alij vero canonicis penis subiaceāt/symoniaci aūt electi ⁊ q̄ hmōi symoniace electionis participes fuerint taliterq̧ eligentes ⁊ ꝯfirmati in horrorē tanti criminis/penā ipso facto excōis incurrāt/nec a tali reatu ⁊ excōicatione electi ⁊ cōfirmati absolui possint/nisi ecclesijs ⁊ dignitatibus ad quas turpiter assumpti sunt libere resignauerint/⁊ ad eas obtinēdas quas nefario ingressu adepti sunt ꝑpetuo reddant inhabiles. Ad tollendū autē omnē ambitionis radicem obsecrat ꝑ viscera miſcdie Jesu christi hec sancta synodus ac instātissime exhortat reges/et principes/cōmunitates/⁊ alios cuiuscūq̧ gradus ⁊ dignitatis existant ecclesiastice vel mūdane/ne electorib⁹ litteras scribāt/ aut preces porrigāt ꝓ eo q̄ ꝑ se vł aliū tales preces seu litteras ꝓcurabit/multoq̧ minus cōminationes/imp̄ssiones/ aut aliud faciant quominus libere ad electionē ꝓcedatur/similiter in virtute sancte obediētie ipsis electorib⁹ p̄cipitur ne ad hmōi litteras/vel preces/cōminationes/ vel imp̄ssiones vt p̄mittitur quenquā eligere p̄sumant. Facta aūt electione ⁊ ei ad quē ius ꝑtinet cōfirmandi p̄sentata si appareat coelect⁹/ vel se opponēs electioni nominatim vocet ad videndū discuti electionis negociū/⁊ nihilomin⁹ generaliter edictū publicū in eccl'ia in qua facta est electio ꝓponat iuxta ꝯstitutionē felicis recordationis Bonifatij pape. viij. Cōparētib⁹ aūt aliquib⁹/ vel nō/ nihilo-

minus ipe cōfirmator ex officio tanq̃ in negocio inquisitionis ꝓcedet/omnē adhibitur⁹ diligentiā/vt tā forma electiōis quā merita electi ⁊ omnes circūstātie debite examinenť ⁊ discutiātur/⁊ si electio cōfirmāda sit vel informāda iudicialiter ꝯfirmetur vel infirmeť. Et vt oīa munde ⁊ sine labe ac labis suspitione ꝓcedant/nō solū exigere aliquid quātūcunq̃ paruū/sed etiam gratis oblata cōfirmator ratione cōfirmationis sub nomine subiectionis/subsidij/gratitudinis/aut alio colore pretextu cuiusuis cōsuetudinis/aut priuilegij ꝑ se vel aliū recipere p̄sumat. Notarijs aūt ⁊ his qui scripserūt in hmōi causis emolumentū aliquod moderatū taxeť/habēdo respectū ad laborē et opera scripture/nō ad fructū prelature valorē. Si vero ꝯfirmatores p̄dicti/electiones nō seruatis supius ordinatis/⁊ de ꝑsonis nō idoneis vt p̄mittiť factas/vel alias ꝑ symoniacā prauitatē cōfirmauerint/ eoipso cōfirmatiōes hmōi sint nulle. Confirmātes aūt alias ꝑsonas quā supradictū est ꝓ ea vice ꝑ symoniacā autē labē ꝑpetuo ipso facto iure cōfirmandi sint priuati. Et nihilomin⁹ ꝓpter dictā symoniacā labē si eā cōmiserint etiam sententiā excōicationis incurrāt eoipso. A qua nisi ꝑ Romanū pontificē/preter q̃ in mortis articulo absolutiōis beneficiū obtinere nō possint/Sūmū vero pontificē hec sancta synodus exhortať vt cū speculū ⁊ norma omnis sanctitatis ⁊ mūdicie esse debeat/ꝓ cōfirmatione earū electionū quas ad eum deferre cōtingerit nihil penitus exigat aut recipiat. Alioquin si secus faciēdo notorie ⁊ incorrigibiliter ex hoc ecclesiā scandalizet futuro cōcilio deferatur. Pro onerib⁹ aūt que ipum ꝓ regimine vniuersalis ecclesie subire oportet/ ꝓq̃ sustētatiōe sctē Romañ eccłie/cardinaliū/⁊ alioꝝ necessarioꝝ officialiū/hoc sacrum conciliū ante sui dissolutionē omnino debite ⁊ cōgruēter ꝓuideat/qđ si cōtingat aliquā circa hoc ꝓuisionē non facere ꝑ hoc eadem sancta synodus nō intēdit in aliquo p̄iudicare sancte Romañ ⁊ vniuersali ecclesie/nec alteri cuicūq̃. Datum Basilee in Sessione publica solenniter celebrata in maiori ecclesia. iij. Jdus Julij. Anno A natiuitate dñi Millesimo quadringentesimo tricesimo tertio.

Hec sacrosancta synodus Basilien꞉ ꝯfirmat de verbo ad verbũ priuilegiũ dñi Bonifatij pape. viij. Q꞉ psonis ordinis non licet appellare/ vide vbi Bonifati⁹. viij.

Similiter cõfirmat de verbo ad verbũ ꝓuilegĩ dñi Johãnis pape. xxiij/ ꝛ illud ĩnouat qḋ icipite Illa q̃ ꝓ statu vbi ꝯfirmaꝛ cõseruatoria ꝯcessa ordini ꝑ dominũ Clementẽ papam. v. que incipit. Et si quibuslibet.


Cõfirmatio oĩm libertatũ gratiarũ ĩmunitatũ ꝓ̄rogatiuarũ ꝯsuetudinũ laudabiliũ ꝛ ꝓ̄scriptarũ indulgentiarũ/ priuilegioꝝ/ ꝛ indultorũ a Romanis põtificib⁹ ꝑ aplicas/ aut alias quascũq꞉ lr̃as/ necnõ libertatũ ꝛ cõsuetudinũ laudabiliũ exemptionũ/ ꝛ saluagardiarũ secularium exactionũ/ a quibuscũq꞉ regib⁹/ vel christifidelib⁹ ordini ꝛ monasterijs concessarũ.



Acrosancta Generalis synodus Basilien꞉ in spũsancto legitime cõgregata vniuersalẽ ecclesiã repꝛ̄sentans. Dilectis ecc̃lie filijs abbati Cistercij/ eiusq꞉ coabbatib⁹ ꝛ cõuentibus ac monasterijs vniuersis ordinis Cisterciẽ꞉ Salutẽ ꝛ oĩpotẽtis dei benedictionẽ. Cũ a nobis petitur qḋ iustũ est ꝛ honestũ tã vigor equitatis q̃ ordo exigit rationis/ vt id ꝑ ministeriũ nostrũ quo vniuersali ecc̃lie afficimur ad debitũ ꝑducaꝛ effectum. Sane ꝓ parte vestra nobis hũiliter supplicatũ fuit quaten⁹ vobis ꝛ ecclesijs ac monasterijs vestris suꝑ ꝓuilegijs/ indulgẽtijs/ bonis/ libertatib⁹/ im

munitatibus/cõsuetudinib⁹ honestis ꝛ p̄scriptis dudū vobis cõcessis/vt illibata pmaneāt robur nostrē ꝯfirmatiōis ꝛ renouationis adijcere de benignitate nostra dignaremur. Nos igitur qui ꝓ tuitione ꝛ defensione ecclesiarū bonoꝝ ꝛ cõsuetudinū p̄scriptarū ac ꝑsonarū ecclesiasticarū feruēter laboram⁹ huiusmodi supplicationib⁹ inclinati/ omnes libertates/ gratias/ imunitates/p̄rogatiuas/cõsuetudines laudabiles ꝛ p̄scriptas indulgētias/bona/priuilegia ꝛ indulta a Romanis pontificibus ꝑ ap̄licas aut alias quascūq; litteras vobis ꝛ ecclesijs ac monasterijs vestris p̄dictis concessas ꝛ cõcessa/necnō libertates ꝛ cõsuetudines laudabiles /exēptiones ꝛ saluagardias secularū exactionū a quibuscūq; diuis impatorib⁹/regib⁹/principibus/vel alijs christifidelibus vobis ꝛ eisdē vr̄is ecclesijs ac monasterijs indultas datas ꝛ ꝯcessas tenores oim habētes p̄sentib⁹ ꝓ expr̄ssis sicut ea iuste ꝛ pacifice possidetis vobis ꝛ eisdē vr̄is ecclesijs ac monasterijs auc̄te nostra ꝯfirmam⁹/ illaq; ꝛ ea renouam⁹ ꝛ p̄sentis scripti patrocinio cõmunim⁹. Nulli ergo oino hoim liceat hanc paginā nr̄e cõfirmationis/ renouatōis/ ꝛ cõmunitiōis infringere/vel ei ausu temerario ꝯtraire. Si qs autē hoc attēptare p̄sumpserit/indignationē oipotentis dei/ ꝛ vniuersalis ecclesie se nouerit incursurū. Datū Basilee.x.kl'. Martij. Anno a Natiuitate dñi M.cccc.xxxv.

Cõfirmatio decreti irrefragabilis domini Martini pape.v. Ne aliq̄ ordis nr̄i ꝓfessi/etiā p̄textu q̄rūcūq; lr̄arū sedis ap̄lice vel legatorū ei⁹/ aut q̄ vi alia rōe ad aliquē aliū ordinē p̄ter cartusien̄ sine sp̄alis cap̄li generalis vl' abbatis cistercii licētia ꝛ ꝯsensu trāseant/aut eoꝝ abbates hmōi licentiam dare p̄sumant.



Acrosancta Generalis synodus Basilien̄ in spūsancto legitime cōgregata vniuersalē ecclesiā rep̄sentans. Ad perpetuā rei memoriam. Dilectis ecclesie filijs Cistercien̄ Cabilonen̄ diocesis/ceterisq; monasterioꝝ ꝛ locorū cistercien̄ ordinis abbatibꝰ ꝛ cōuentibus Salutem ꝛ omnipotētis dei benedictionē. Sincere deuotionis affectus quē ad vniuersalē ecclesiā in vinea dn̄i etiam nobiscū laborantes geritis nō indigne meretur vt petitionibꝰ vestris in his p̄sertim p que iura ꝛ libertates vestre vtilius ꝯseruen̄t fauorabiliter ānuamꝰ. Sane ꝑ parte vr̄a nob fuit hūiliter supplicatū/ vt lr̄as felicis recordatiōis Martini pape. v. quarū tenorē de verbo ad verbū presentibꝰ inseri fecimus cū ille ex accidente casu fortuito in parte destructe noscātur innouare dignaremur. Quarū quidā litterarū tenor talis est. Martinus Ep̄s seruus seruorū dei. Ad perpetuā rei memoriā. Experientia ipsa docet quod cū qui ea vocatiōe qua sunt vocati nō contenti/ priore vocatiōe derelicta se in vocationes recipiūt alienas/nunquā vel raro fructum bonū afferunt/qui potius tam his quos reliquerunt quā illis quibꝰ vltimo adheserunt multiplices causas magni scandali ꝛ opprobrij subministrant/ ꝛ ꝓpterea/ac affectione ꝛ deuotione precipuis quas ad ordinē Cistercien̄ gerimus merito inducimur vt quieti dilectorum filiorum Cistercien̄ Cabilonen̄ diocl/ꝛ alioꝝ eiusdē ordinis monasteriorū abbatū ꝛ conuentuū consulamꝰ ꝛ scandalis tam eorū q̄ȝ aliorum religiosorum quātū cum deo possumus occurramus. Sane sicut nuper ex relatione ꝑ parte dictorū abbatū ꝛ ꝯuentuū coram nobis deducta cū nō parua mentis displicentia accepimus/nōnulli dicti ordinis professores/vel vt sic debite obedientie iugū euadant/vel laxius viuere valeant/frugis vite melioris/aut alijs prima facie honestis apparentibus causis p̄tensis/de dicto ordine etiā pretextu litterarū sedis ap̄lice seu legatorū eius super hoc impetratarū/aut alias temere ꝑut hoc cautelosius colorare possunt/ad alios or

dines se transferūt/ ⁊ plerūq₃ in hmōi alijs ordinib⁹ parrochia
liū ecclesiarū/ aut aliorū beneficiorū ecclesiasticorū magis ping
uiū quā in ipso Cistercieñ ordine habere possunt regimina ꝓ-
curant/ interdū vero bona mobilia monasteriorū a quib⁹ rece-
dunt secū furtim asportant/ ⁊ vt plurimū vitā ducunt dissolu-
tā/ in graue aīarum suarū ꝑiculū/ diuine maiestatis offensam/
⁊ hmōi ordinū opprobriū/ necnon dānū ⁊ scandalū plurimorū.
Nos igit̄ ꝓ debito officij pastoralis nobis diuinit⁹ iniuncti su
per his salubriter ꝓuidere volētes/ auctoritate aplica presenti
ꝑpetua ⁊ irrefragabili cōstitutione ꝓhibemus ne aliquis dicti
cistercieñ ordinis ꝓfessor/ etiā ꝑtextu quarūcūq₃ litterarū p̄dic
te sedis seu legatorū eius/ aut alias quouis q̄sito colore/ ad ali
quē aliū ordinē/ fratrū cartusieñ ordine dūtaxat excepto/ sine
spāli generalis capl̄i dicti ordinis/ vel abbatis cistercieñ ꝓ tꝑe
existētis licentia ⁊ cōsensu/ nisi ex legitima ⁊ iusta causa coram
ipso abbate vel generali ꝓcuratore dicti ordinis in Romañ cu
ria ꝓ tꝑe existente sufficiēter ꝓbata/ ac legitima ⁊ iusta repta/
transire quoquō p̄sumat. Transgressores em̄ ꝓhibitiōis hmōi
ad quecūq₃ officia ⁊ beneficia ecclesiastica tam p̄dicti cistercieñ
q̄₃ alterius ordinis ad quem se trāstulerint inhabiles esse/ p̄la-
tosq₃ ⁊ cōuentus monasteriorū ⁊ aliorum locorū ad quos pro-
fessores ipsi se transtulerint ⁊ recepti fuerint ad restitutionē et
satisfactionē omniū damnorū ⁊ interesse que dict⁹ ordo cister-
cieñ ex transitu ꝓfessorū hmōi ad alios ordines incurrerit ob-
ligatos ac astrictos esse volumus ⁊ decernim⁹ ꝑ p̄sentes/ cōsti
tutionibus aplicis ac statutis ⁊ cōsuetudinib⁹ monasteriorū et
ordini p̄dictorū/ ⁊ alijs cōtrarijs nō obstātib⁹ quibuscūq₃. Nul
li ꝗ oīno hoim liceat hanc paginā nostre ꝓhibitionis/ volūta-
tis/ ⁊ cōstitutionis infringere/ vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autē hoc attemptare p̄sumpserit/ indignationē oīpo-
tentis dei/ ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli aplorū ei⁹ se nouerit incur-
surū. Datū Constantie Idus Januarij. Pontificatus nostri
Anno primo. Nos igitur huiusmodi supplicationibus incli-
nati prefatas litteras auctoritate vniuersalis ecclie inouam⁹/
volētes ⁊ aucte vniuersalis ecclie decernentes q̄d tenori hmōi

in eodē ordine scandala ꝛ detrimēta hactenus ꝓuenerūt/ac ꝓ uenire timeaṫ verisimiliter in futurū/ nisi sup hoc aplīce sedis ꝓuidentia suffragetur/ ꝑ parte dicti abbatis nobis fuit hūili ter supplicatū/ vt hmōi scandalis ꝛ detrimētis obuiare/ dictiꝗ ordinis ꝛ eius salubriū institutorū directioni/ conseruationi/ꝛ statui oportune prouidere de benignitate aplīca dignaremur. Nos igiṫ qui religiosarū ꝑsonarū quietē/ac piorū locorū con seruationē/augmentū/ ꝛ pacē ꝓcurari ꝛ ꝓpagari intensis desi derijs affectamus/hmōi supplicationibꝰ inclinati/ hac ꝑpetua sanctiōe statuimꝰ ꝛ etiā ordinamꝰ qđ de cetero ad monasteria siue dignitates abbatiales dicti ordinis nulli eligaṅt/ seu etiā ꝓmoueaṅt/aut in abbates p̄ficiaṅt/seu ad illa vel illas ꝑ con uentus ꝛ alios dicti ordinis supiores admitti valeant ꝛ admit tantur/nisi p̄mo saltem ꝑ integrū annū in dicto ordine ꝓbati fuerint/ꝛ in eo ꝓfessionē ꝑ monachos eiusdē ordinis emitti so litam emiserint regularē. Decernētes quorūcūꝗ electiones si ue ꝓuisiones/aut ꝓmotiones/ quomōcunꝗ ꝛ qualitercunꝗ/ ac quauis auctoritate factas/irritas ꝛ inanes/nulliusꝗ existe re roboris vel momēti/cōstitutionibus ꝛ ordinationibus aplī cis/ceterisꝗ cōtrarijs nō obstantibus quibuscūꝗ. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginā nostre ꝯstitutionis ꝛ sanctio nis infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis aūt hoc attemptare p̄sumpserit/indignationē omnipotētis dei/ꝛ bea torū Petri ꝛ Pauli aplōrum eius se nouerit incursurū. Datū Ferrarie. Anno Incarnationis dñice M. cccc.xxxviij. Idus Decembris. Pontificatꝰ nostri Anno octauo.

Eiusdē. Perpetuū decretū. Ut de cetero nullus abbas ordinis monasteriū cui p̄ est absꝗ licentia ꝛ assensu capituli genera lis resignare/aut illius regimini seu admi nistrationi bonorum cedere quoquomō

possit/nisi dumtaxat hoc faciat in cõsisto-
rio secreto põtificis/ 7 nõ alibi. Et qꝫ resig
nationes abbatũ aliter facte/ aut faciẽde/
seu ꝓuisiones inde secute nullius robo-
ris existant. Et nihilominus aliter resig-
nantes/ 7 alij se virtute huiusmodi resig-
nationũ aut ꝓuisionũ inde sequentiũ in
monasterijs intrudentes/ vel de regimi-
ne se quoquõ intromittẽtes excõcationis
sententiã incurrant/ nõ nisi p Romañ põ-
tificem absoluendi.

Eugenius Episcopus seruus ser
uorum dei. Ad ppetu
am rei memoriã. Ecclesiarũ 7 monasteriorũ
cura nobis superna dispositione commissa
angimur 7 quotidiana sollicitudine perurge
mur/ vt illa eo ꝓuidentie studio gubernen-
tur quo cordium scrutator almificus nihil in
eis inueniat nota dignum. Cum itaqꝫ sicut
exhibita nobis nuper ꝓ parte dilectorum fi-
liorum Johannis abbatis monasterij Cistercieñ/ Cabiloneñ
diocesis ceterorumqꝫ cistercieñ ordinis monasteriorum abba-
tum petitio continebat. Nõnulli eiusdẽ ordinis monasteriorũ
abbates illa quibus p̄sũt interdũ minus honeste/ minusqꝫ de-
bite gubernãtes/ 7 vitã ducentes penitus dissolutã/ vt eiusdẽ
ordinis correctiones effugiant 7 euitent inconsultis eorũ con-
uentibus/ pactisqꝫ tractatibus 7 cõuentionib⁹ inhonestis me-
diãtibus in Romañ curia/ vel in partibus etiã corã notarijs 7

fide dignis honestisq; psonis frequēter resignēt ac cedant/ ac psonas indignas & insufficiētes/ qñq; etiā clericos aut psbyteros seculares/seu alioꝝ ordinū religiosos/qui disciplinas & obseruātias ac statuta & cōsuetudines dicti ordinis ignorātes eorum monachos in illis instruere nesciūt/ & illos ad eorū obseruantiā inducere nō curant/ad dicta monasteria p sedem aplicam pmoueri/ipsorūq; resignationes & cessiones cōfirmari pcurent/ ppter que monasteria ipsa inutilibus cōmissa rectoribus grauia sustinent in spiritualib⁹ & tēporalibus detrimenta in nō modicū monasterioꝝ & ordinis pdictoꝝ piudiciū & damnum/ac scandalū plurimorū. Nos igitur quorū interest hmōi morbo pestifero puidere/ & scandalis obuiare volentes/hac ppetua sanctione statuim⁹ & ordinamus/ q de cetero nullus abbas ordinis plibati monasteriū cui preest absq; eiusdē ordinis generalis capituli licentia & assensu resignare/aut illi⁹ regimini seu administrationi bonoꝝ cedere quoquomō possit/nisi solū & dumtaxat in casu quo aliquis ex hmōi abbatib⁹ in manibus nostris aut successorū nostroꝝ Romanꝝ pontificū canonice intrantiū in cōsistorio nostro secreto/ & nō alibi/ suū monasteriū resignaret/taliq; monasterio sic resignato in eodē cōsistorio & nō alibi vel alio modo puideret/ qd q; omnes & singule resignationes p quoscunq; dictorū monasterioꝝ abbates/ alibi vel aliter facte que suū effectū plene nō sunt sortite/ & imposterum faciēde/seu puisiones inde secute vel sequēde/effectu & viribus careant/nulliusq; roboris vel momēti existant/ipsiq; vt pfertur alias vl aliter resignātes seu regimini hmōi cedentes/ & alij quicūq; in monasterijs pdictis/aut aliquo ipsoꝝ virtute hmōi resignationū aut puisionū inde secuturarū se intrudentes/vel de regimine eorūdē se quoquomō intromittētes/ excōis sententiā a qua nō nisi p Romanū pōtificē/preterq; in mortis articulo cōstituti/absolui valeant incurrāt ipso facto. Constitutionibus & ordinationib⁹ aplicis/ac statutis & cōsuetudinibus monasterioꝝ & ordinis pdictoꝝ & alijs cōtrarijs nō obstantib⁹ quibuscūq;. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostre cōstitutionis & ordinatiōis infringere/vel ei au-

su temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attẽptare p̄sumpserit/ indignationẽ omnipotẽtis dei/ ꝛ beatoꝝ Petri ꝛ Pauli apl'orum eius se nouerit incursurũ. Datum Florentie Anno incarnationis dñice M.cccc.xxxviij. Pridie Jdus Martij. Pontificatus nostri Anno nono.

Eiusdem. Qꝛ abbates ordinis apl'ica vel alia qua vi auctoritate ꝓmoti abbati cistercij/ qui generalis hic dicitur/ ꝛ ceteris/ visitatoribus/ reformatorib⁹/ ac superioribus ordinis subijciũtur oĩno sicut alij p ordinẽ promoti. Cõtrariũ presumẽtes sententia excõicationis late hic feriũtur.

Ugenius Ep̄us seruus seruoꝝ dei. Ad futurã rei memoriã. Ad vniuersalis ecclesie regimen licet insufficientib⁹ meritis diuina disponẽte clementia deputati nõ possumus non turbari/ cũ monasteria ꝛ alia loca regularia sentimus in aliqua parte ledi/ sed tunc ꝑfecto acerbiori dolore ꝯfodimur cũ vbi speciosiora esse solent enormi⁹ deformant̄. Sane ꝑ parte dilecti filij Johãnis abbatis monasterij Cistercieñ Cabiloneñ diocesis exhibita nobis nuꝑ petitio ꝯtinebat/ ꝙ nõnulli cistercieñ ordinis abbates/ alij videlicet se ad abbatiales dignitates q̃s obtinent p apl'icam sedẽ ꝓmotos. Alij vero electiones de eis ad dignitates sil'es factas/ ꝛ p sedem fuisse confirmatas eandẽ asserentes/ ꝛ eo p̄textu se fore excẽptos ad capitula generalia dicti ordinis accedere/ visitatorib⁹ quoqꝫ ꝛ reformatoribus ordinis eiusdẽ parere negligunt ꝛ recusant/ p̄dictũ abbatẽ generalẽ/ visitatores ꝛ reformatores hmõi cõtẽnentes/ in ipsoꝝ visi-

pendiū/ac scandalū toti⁹ ordinis nō modicū ⁊ iacturā. Quare ꝑ parte dicti abbatis nobis fuit hūiliter supplicatū/ vt sup̱ his oportune prouidere de benignitate ap̄lica dignaremur. Nos itaq; q̄ ordinū ⁊ monasterioꝝ quorūlibet curā gerim⁹ generalē quorūq; interest sup̱ talib⁹ ꝓuidere cupień/ q̄ ordo ipe ⁊ illi⁹ ꝑsone p̄sertim in dignitatib⁹ cōstitute in caritatis ⁊ obedientie vinculo cū abbate p̄fato/ ⁊ alijs eoꝝ sup̱iorib⁹ se ꝯformēt/ eisq; iuxta statuta ⁊ ordinatiōes ac laudabiles consuetudines dicti ordinis pareāt ⁊ intendāt/ auc̄te ap̄lica/ tenore p̄sentiū declaram⁹ q̄scūq; ordinis p̄fati abbates/ ap̄lica vel alia quauis auc̄te ꝓmotos/ illorū etiā quorū electiones ad abbatiales dignitates sunt eadē ap̄lica vel auc̄te alia cōfirmate/ nullaten⁹ ꝓpter ꝓmotiones vel cōfirmationes hmōi ab abbate/ ordine/ visitatorib⁹/ ⁊ reformatorib⁹ hmōi fuisse vel esse exēptos. Decernentes eos ⁊ q̄scūq; alios ap̄lica vel alia quauis auc̄te hmōi de cetero ꝓmouendos/ ac etiā illos quorū electiones confirmari in futurū ꝯtigerit vt p̄fert̄ eisdē abbati/ ordini/ visitatorib⁹/ ⁊ reformatorib⁹/ illorūq; correctionib⁹ ꝓut ante erāt subditi subiacere ⁊ oīno subesse. Nos eī̄ oēs ⁊ singulos qui p̄textu ꝓmotionis seu cōfirmationis de se facte hmōi p̄sūpserint rebellionis/ ꝯtemptiōis/ vilipēsionis/ aut inobediētie ꝯtra patrē abbatē/ ordinē/ visitatores/ ⁊ reformatores/ hmōi ꝑ tēpore existentes/ cornua eleuare/ excōis sentētie decernimus subiacere. Cōstitutionib⁹ ⁊ ordinationib⁹ ap̄licis ac monasterij ⁊ ordinis p̄dictoꝝ/ iuramēto/ ꝯfirmatōe ap̄lica vel quacūq; firmitate alia roboratis/ statutis ⁊ cōsuetudinib⁹ cōtrarijs non obstantibus quibuscūq;/ seu si ꝓmotis ⁊ cōfirmatis/ seu forsan ꝓmouendis ⁊ cōfirmādis hmōi vel quibusuis alijs cōmuniter vel diuisim a sede ap̄lica sit indultū q̄d interdici/ suspendi/ vel excōicari nō possint p̱ litteras ap̄licas nō facień plenā ⁊ expressam ac de verbo ad verbū de indulto hmōi mentionē. Et insup̱ irritū decernimus ⁊ inane si sec⁹ sup̱ his a quoquā quauis auctoritate scienter vel ignoranter cōtigerit attēptari. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginā nostre declarationis ⁊ cōstitutionis infringere/ vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attē-

ptare presumpserit/indignationẽ omnipotẽtis dei/ ꝛ beatoꝝ Petri ꝛ Pauli apostoloꝝ eius se nouerit incursurũ. Datũ Ferrarie Anno incarnatiõis dñice/ M.cccc.xxxviij. Idus Decembris. Pontificatus nostri Anno octauo.

Eiusdẽ. Salutaris exhortatio ꝛ monitio ad capitulũ generale vt male errata emẽdent/ et sanctam religionis obseruãtiam custodiant.




Ugenius Epus seruus seruoꝝ dei. Dilectis filijs abbati Cistercij/ ceterisq; abbatibus ꝛ monachis Cisterciẽsi ordinis in generali capitulo apud cisterciũ cõgregatis. Salutẽ ꝛ aplicam benedictionẽ. Inter ceteros in christi ecclesia deo militantes monachoꝝ ordines Cisterciẽsi ordinẽ speciali semp caritatis affectu prosecuti sumus/ atq; inherẽtes vestigijs predecessoꝝ nostroꝝ a quibus ordo ipse multis ꝛ magnis priuilegijs ac fauoribus munitus ꝛ decoratus extitit/ ad ea indefesse proni ꝛ ppitij fuimus que fauoris augmentũ/ cõseruationem ipsius ordinis/ salutem animarũ ac psonarum eiusdem/ aut ipsi pspeximus/ aut alias p alios reqsiti expediuisse p eius cõseruatione cõperim⁹. Cũ autẽ vos put accepimus fm ordinis vri cõstitutiões gnãle vestri ordinis caplm dieb⁹ rogationũ pxie futur apud cisterciũ celebraturi sitis/ nos qm qđ dolẽter referim⁹ de abbib⁹ ꝛ monachis ac psonis monasterioꝝ vroꝝ sepe graues qrimonias a diũsis psonis tã ex Hyspaniaꝝ q̃ Galliaꝝ partib⁹ habuerim⁹/ ex debito nri pastoral officij deuotionẽ vram in dño reqrim⁹ ꝛ hortamur q̃tenus ad hmõi note expurgationẽ ad ea studiose ꝛ diligẽt velitis incũbẽ p q̃ timor dñi scũs in psonis eiusdẽ ordis vri pseueret/ reglar obseruãtie

neruus vigeat/⁊ caritatis vinculũ totũ ipsũ ordinẽ cõplectat̄/ hoc facile cõsequi poteritis collapsos nimiũ mores tam generaliter q̄ȝ specialiter abbatũ/monachorũ/⁊ p̄sonarũ ipsius ordinis corrigendo/nouas cõstitutiones saluberrimas edendo/ veteres tã p̄decessorũ nostroꝝ summoꝝ pontificũ q̄ȝ ipsius ordinis vt stricti⁹ seruentur ordinãdo ⁊ disponendo/⁊ ea que ad ius ⁊ honorẽ nostrũ ⁊ ap̄lice sedis p̄tinẽt effectualiter obseruãdo/atq̄ȝ oĩa alia ⁊ singula faciẽdo ad q̄ generalia cap̄la hmõi a sanctis patrib⁹ instituta ⁊ ordinata esse noscunt̄. Sin aũt ꝓut nõ credim⁹ aliqui inter vos ad hec salutaria nr̄a monita/⁊ vobis ex debito ordinis vr̄i incũbentia executioni mãdanda repugnãtes/aut min⁹ bene dispositi inuenirent̄/ nos aduersus hmõi p̄sonas ne tot ⁊ tanta bona in vestro ordine impediant̄ censuras ecclesiasticas/debitos fauores/⁊ oportuna p̄sidia q̄bus eoꝝ temeritas cõpescat̄/⁊ alijs similia in futuris p̄sumẽdi facultas p̄cludat̄/vestre deuotiõi pollicemur. Agite igit̄ ⁊ habẽtes p̄ oculis solũ deũ illa ipsa in hmõi celebratione capituli facere diligẽter curetis/ex quib⁹ exorte de monasterijs vr̄is sinistre opiniones deleant̄/ac laici qui vt accepim⁹ q̄ñq̄ȝ pene cõpulsi fuerũt reformatiõi monasterioꝝ vestroꝝ man⁹ apponere exẽplo vite ⁊ morũ vestroꝝ bene edificent̄/⁊ ad que cap̄la ipsa sunt adinuenta ⁊ instituta/⁊ quibus Cistercieñ ordo felicia a nobis optata capiat incremẽta/ac vos demũ post eterna premia apud nos ⁊ ap̄licam sedem dignis laudib⁹ ac fauorib⁹ potioribus decorari mereamini. Cõmisimus p̄terea dilecto filio Johãni abbati monasterij de Ouila in sacra pagina magistro ⁊ vestri ordinis in Romañ curia ꝓcuratori generali aliqua circa p̄dicta/deuotiõi vr̄e ex nr̄a parte referẽda/sup quib⁹ eidẽ p̄sentiũ latori volum⁹ tanq̄ȝ nobis plenã fidẽ a vobis impartiri. Datum Rome apud sanctũ Petrum. Anno incarnationis dominice M.cccc.xliij.xvj.kl. Aprilis. Pontificatus nr̄i Anno quindecimo.

Eiusdem. Confirmatio ꝓuisionis ducũ concesse p̄ dominũ Martinũ papã.v.

Ut conseruatores/iudices/ ꝛ executores pro directione causarum ꝛ negociorũ ordinis a sede apostolica deputati/ necnon notarij ꝛ tabelliones/ ꝛ alij quicunq; ad hoc requisiti absq; litteris de vidim⁹/ seu de placet diocesanorũ ꝛ etiã absq; licẽtia vel cõsensu quorũcũq; p̄latorũ/ aut ordinariorum/ vel officialiũ dictas litteras apl'icas suasq; executiones quotiẽs requisiti fuerint exequi possint ꝛ debeãt. Nota ꝙ istud priuilegiũ est exp̄ssi⁹ quibusdã p̄cedentib⁹ in siĺi materia. Et Anno dñi M. cccc.xlix. dñs ep̄s Edueñ cardinalis p se ꝛ suos officiales vsum eiusdẽ priuilegij impedire nitebat̄ in sua diocesi/ cui dñs cistercij restitit/ ꝛ in curia requestarũ Parisius sententiã ꝯtra ip̄m obtinuit/ A qua dñs cardinalis appellauit ad parlamentũ/ p quod ipse dñs cardinalis fuit cõdẽnatus ꝛ declaratũ ꝙ ordo hoc iure vti debebat. Sed quia sententia est multũ ꝓlixa/ ꝛ pro maiori parte verbis gallicis contexta hic omittitur ꝛ in archiuis cistercij cõseruatur.



Ugenius Ep̄us seruus seruorũ dei. Dilectis filijs vniuersis ⁊ singulis cõseruatorib⁹/iudicibus/ et executorib⁹ ꝓ directione causarũ ac negociorũ dilectos filios cistercij Cabiloneñ dioces/ ⁊ alioꝝ vbilibet ꝯsistentiũ cisterciēñ ordinis monasterioꝝ abbates/ac cõuentus cõtingē-tiũ/ꝑ apl̄ice sedis litteras deputatis/ Salutē ⁊ apl̄icam benedictionē. Humilibus supplicũ votis libenter annuimus illaq3 fauoribus ꝓsequimur oportunis. Dudũ siquidē felicis recordationis Martinus papa. v p̄decessor noster litteras cõcessit tenoris subsequētis. **Martinus** Ep̄s seruus seruoꝝ dei. Ad futurã rei memoriã. Quod antidota morbis hoc prestare solent statuta negocijs/sed plerũq3 contingit/vt quod ꝓfuturũ putabatur iudicio noxiũ inueniat̄ experimēto. Sane cũ dudum in exordijs pestiferi ⁊ antiquati scismatis iam ꝑ dei gratiã extincti ad tollendũ scandala que ꝓpter executionē diuersarũ litterarũ que ab his qui ꝓ Romañ pontificib⁹ in diuersis obediētijs se gerebant in nonnullis partib⁹ oriebant̄. Urbanus. vj. in sua obedientia nũcupatus cõcesserit quibusdã p̄latis qḋ in eoꝝ ciuitatibus ⁊ dioces nõ posset fieri executio aliquarũ litterarũ apostolicaꝝ nisi p̄us huiusmodi littere p̄latis ipsis vel eorũ officialib⁹ ad hoc deputatis exhiberent̄/ ⁊ ꝑ ipsos approbate forent. Uerũ q2 etiã deinde ipsi prelati seu officiales in consuetudinē traxerũt/ ⁊ aliq̄ pretextu statutoꝝ ꝓuincialiũ seu synodaliũ similiter seruant ⁊ seruari faciũt/ꝙ litteras apostolicas nullus exequi audeat/nisi postq̄3 prelati seu officiales ipsi ꝑ suas litteras quas vidim⁹ seu placet nũcupant/mandēt ⁊ cõcedant qḋ possint exequi per iudices in eis deputatos/ ꝓpter quod executio litteraꝝ apl̄icarum plus debito plerũq3 retardata fuit/ ⁊ sepe ipse littere apl̄ice totaliter executiõe caruerũt in grauē iniuriã sedis apl̄ice/ et enorme impetrantiũ preiudiciũ ⁊ grauamen. Nos igitur censentes rationi consonũ/vt quod hmõi scismatis calamitas introduxit/pacis tempore auferat̄/concessionē p̄dictã ⁊ quecũq3

statuta circa premissa quolibet facta auctoritate aplica teno-
re psentiu/hoc sacro Constantien approbante concilio/reuoca-
mus/cassamus/ et etia anullam9/ ac volumus et decernimus q
iudices et executores quicunq in litteris aplicis deputati/ et de-
putandi et alij quicunq ad quos spectabit/ necno notarij et ta-
belliones sup his requisiti vel requirendi/ absq hmoi littera
vidimus seu placet nucupata/ac etia licentia vel cosensu quo-
rucunq prelatorum/patriarchali/aut alia quauis dignitate insi-
gnitoru/ et locoru ordinarioru/aut officialiu eorude/libere hu-
iusmodi litteras aplicas exequi debeat atq possint. Nos em
eade auctoritate decernim9 oes et singulas sentetias quas pre
dicti plati et supiores/aut eorum officiales cotra hmoi iudices vel
executores/seu impetrates pter executiones huiusmodi per
eos faciendas forsan inflixerint vel pmulgauerint irritas et in
anes/ac nullius existere roboris vel momenti. Necnon quen-
cunq qui contra premissa aliquid attemptare psumpserit/ ab
exercitio iurisdictionis ecclesie per tres meses ipso facto suspe-
sum. Nulli ergo omnino hominu liceat hanc pagina nostre re-
uocationis/cassationis/anullationis/constitutionis et voluta
tis infringere/ vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
hoc attemptare presumpserit/ indignatione omnipotetis dei/
et beatorum Petri et Pauli apostoloru eius se nouerit incursu
rum. Datum Constantie secundo kl. Maij. Pontificatus no-
stri Anno primo. Cum autem sicut exhibita nobis nuper p
parte dilectorum filiorum cistercij Cabilonen diocesis/ et aliorum
Cistercien ordinis monasterioru abbatum et conuentuu peti-
tio continebat. Licet vt premittitur reuocatio/cassatio/ anul-
latio/ voluntas/ et costitutio huiusmodi processerint/ipsi tame
abbates et couentus dubitent q nihilominus apostolicas ab
eis pro suis causis et negocijs obtentas vobisq directas litte
ras nisi premisse que vidimus seu placet nuncupate sunt litte
re desup habeant vestru aliq differant siue recusent executioi
demadare. Nos igit quorum interest sup his oportune puide-
re/ dictasq lras ipsi9 pdecessoris virib9 subsistere decernetes/

discretioni vestre p aplica scripta mandam⁹ quaten⁹ vos ꝛ q̈libet vestrū litteras vobis directas hmōi iuxta illarū cōtinentiam atq₃ formā quotiēs sup hoc ꝑ parte dictorū abbatū ꝛ cōuentuū vel aliquorū ex eis requisiti fueritis/etiā absq₃ hoc qḋ huiusmodi nūcupate littere ꝑpterea petantur vel obtineant exequi nullatenus omittatis/nostram ꝛ prefate sedis animad uersionē si quod absit secus egeritis non imerito formidantes Datum Rome apud sanctū Petrū Anno incarnationis dñice M.cccc.xlvj.v. Idus Februarij. Pontificatus nostri Anno sextodecimo.

Dedit pontifex iste ꝑuisionē aduersus monachos ordinis se ad alios ordines qñq₃ transferētes. Quā cōfirmat dominus Nicolaus eius successor.

Priuilegiū dñi Nicolai pape.v. Qꝫ null⁹ ordinis cistercieñ professus ad quecūq₃ alium ordinem preter cartusieñ etiā pretextu litterarū maioris penitentiarij pape cuiuscūq₃ tenoris existant absq₃ abbatis cistercii licentia spāli causam rōnabilē ꝛ vrgentē quare licentia hmōi cōcedi debeat summo pōtifici allegātis audeat vel ꝑsumat quōlibet se trāsferre. Cōtra faciētes correctioni dicti abbatis ꝛ ordis orno subijciūtur/ipsiq₃ trāsire ꝑsumētes/ ꝛ abbates coꝝ hmōi licentiā trāseundi ad aliū ordinē concedeñ ipso facto ore aplico excōicationis sentētie subiiciūtur.

Caveant abbates ꝛ abbatisse ordinis dare hmõi licẽtias q̄ nulle essent ꝛ nihilominꝰ ore aplico sniam excõis incurrerẽt.

Nicolaus Eps seruus seruorum dei. Dilectis filijs Cistercien Cabilonen dioc/ac vniuersis ꝛ singulis alioꝝ vbilibet ꝯsistentiũ cistercien ordinis monasterioꝝ abbatibꝰ ꝛ cõuentibꝰ. Salutẽ ꝛ aplicam ben. Prouisiõis nr̃e debet ꝑuenire subsidio vt ius suũ cuilibet cõseruet. Hinc est ꝙ nos tenorẽ quorũdã litterarũ felicis recordationis Eugenij pape. iiij. ꝑdecessoris nostri in registro suo repertũ ꝓ eo ꝙ sicut exhibita nobis nuꝑ ꝓ parte vr̃a petitio cõtinebat/vos earundẽ lr̃arũ tenore asseritis indigere de registro ipso de verbo ad verbũ transcribi/ ꝛ ad vr̃e supplicationis instantiã pñtibꝰ annotari fecimꝰ/ q̄ talis est.

Eugenius Eps seruus seruoꝝ dei. Ad futurã rei memoriã. Regularẽ vitã ꝓfessis sic decet oẽm vagandi materiã omnẽq3 inqetudinis causã amputare ꝙ in eoꝝ vocatione ꝑsistant/ac sedulũ ꝛ deuotũ altissimo exhibeant famulatũ. Sane ꝓ parte dilectoꝝ filioꝝ patris abbatis monasterij cistercien Cabilonen diocesis/ꝛ alioꝝ cistercien ordis abbatũ exhibita nobis nuꝑ petitio ꝯtinebat ꝙ nõnulli monachi dicti ordinis/ Alij videlicet melioris frugis ficto colore/Alij vero vt iugũ obediẽtie ꝛ salutaris medicinã effugiãt disciplinę/ad alios regulares ordines se diuertũt/ꝛ vt in illis remanere libere possint licẽtiã aplice sedis in exq̄sitis coloribꝰ alijs satagũt obtinere. Nos igit quoꝝ interest aiaꝝ ꝓuidere saluti/ꝛ hmõi salubre remediũ adhibere eorũdẽ pr̃is/ꝛ abbatũ supplicatiõibus inclinati/ harũ serie decernimꝰ/ꝛ etiã ordinamꝰ ꝙ nullꝰ ordinis p̄fati ꝓfessus ad aliũ quecũq3 p̄terq3 cartusien ordinẽ/etiã p̄textu litteraꝝ maiorꝶ penitẽtiarij nr̃i/etiã si in illis plena ꝛ exp̄ssa de p̄sentibꝰ mẽtio habeat/absq3 eiusdẽ pr̃is abbatis licẽtia speciali/cãm rationabilẽ ꝛ vrgentẽ quare licẽtia hmõi cõcedi debeat nobis vel successoribus nr̃s Romanis pontificibꝰ expresse ꝛ specifice allegantis

Sixtus Epūs seruus seruorum dei. Ad futurā rei memoriā. Licet Romanus pontifex p christifideliū/ p̄sertim sub suaui religiōis iugo altissimo famulantiū animarū desiderata salute gratias interdū cōcedat. Nō tamē intendit pp̄terea salubria statuta et ordinationes ex quibus inferiores suis superiorib⁹ p obedientiam iungunt/ eorūq; salus puenit animarū quōlibet remouere ne ea que p salute ipsa pcuranda fauorabiliter emanarunt/ tēdere videant ad noxā/ Unde pontifex ipse sup his p sue declarationis ministeriū remedia adhibet oportuna/ put cognoscit in dño salubriter expedire. Dudum siquidē omnib⁹ et singulis abbatib⁹/ priorib⁹/ monachis/ nouicijs/ cōuersis/ donatis/ seruitoribus/ cōtinuis cōmensalibus/ pcuratorib⁹/ nūcijs/ et alijs cistercieñ ordinis psonis tunc p̄sentibus et futuris qui ppetuis futuris tēporibus eiusdē ordinis generali capitulo interessent/ vt cōfessor idoneus de dicto ordine/ cui secundū dicti ordinis instituta ex ppriorū abbatum ordinatione alias cōfiterentur/ et quē tunc vel infra viginti dies immediate sequētes ad hoc q̄libet ipsorū duceret eligendū/ eos et eorū quēlibet ab omnib⁹ et singulis excōicationis/ suspensiōis/ et interdicti/ alijsq; ecclesiasticis sentētijs/ censuris/ et penis/ a iure vel ab hoie quauis occasione vel causa/ latis/ inflictis/ et pmulgatis/ ac ferendis/ pmulgandis et infligendis/ alijsq; eorū peccatis/ delictis/ criminibus/ et excessibus quibuscūq;/ quātūcūq; enormibus/ etiam si talia forent ppter que sedes apl'ica foret merito cōsulenda/ annis singulis quotiēs dicto generali capitulo interessent/ semel dūtaxat debitā absolutionē impendere/ et penitentiā salutarē iniungere/ necnō sup irregularitate quouismodo et qualitercūq; cōtracta et cōtrahenda cum eis et eorum quolibet dispēsare/ necnō plenariā remissionē et absolutionē omniū et singulorum peccatorū suorum eis impendere possent et valerent/ licentiā et facultatē cōcessimus/ put in quadam supplicatione manu nostra signata/ cuius solā signaturā absq; litterarū apl'icar; de

p


super expeditione valere voluim⁹ plenius continetur. Cũ aũt sicut accepimus in statutis ꝛ cõsuetudinibus dicti ordinis ꝓuide ꝛ salubriter ordinatis inter alia caueatur expꝛsse ꝙ vniuersi dicti ordinis ꝓfessores semel in anno de omnib⁹ peccatis suis quorum memoriã habuerint ab vltima cõfessione facta suis p̃latis/aut ꝑ illos ad hoc deputatis/debeant cõfiteri. Et sicut exhibita nobis nuper ꝓ parte dilecti filij Johannis abbatis mõasterij cistercieñ Cabiloneñ dioc. petitio ꝯtinebat ꝙ̃ plures dicti ordĩs monachi licentia ꝛ facultate p̃dictis abutẽtes/ ꝛ illã minus sano intellectu interp̃tantes/ sub cõfidentia dicte cõcessionis nostre/electis ꝑ eos cõfessoribus peccata sua ꝓprio prelato aut ꝑ eum ad hoc ꝓ tempore deputato ab vltima confessione sibi facta iuxta formã statutorũ ꝛ consuetudinũ predictorum ꝑ sanctos ipsius ordinis patres institutorũ/ ꝛ per sedẽ predictam confirmatorũ/ac ab ipsius ordinis primeua institutione vsq꜆ nunc incõcusse obseruatorũ confiteri non curent/ in statutorum eorundẽ vilipendiũ ipsorũq꜆ monachorũ periculũ animarũ/pro parte p̃fati Johannis abbatis nobis fuit humiliter supplicatũ/vt super hoc oportune ꝓuidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate ap̃lica tenore p̃sentiũ decernim⁹ ꝛ declaramus ꝑ cõcessionẽ nostrã predictã eisdẽ statutis nullaten⁹ derogare voluisse/vel derogatũ fuisse aut esse/sed illa in omnibus obseruari debuisse ꝛ debere/p̃fatosq꜆ monachos ad confitendũ semel anno quolibet oĩa peccata sua ab vltima confessione illorũ prelatis facta iuxta formã dictorũ statutorũ in omnibus ꝛ ꝑ omnia ꝑinde astrictos fuisse/ꝛ fore/ac si concessio predicta a nobis nõ emanasset. Jlla tamẽ alias in suo robore permansura. Non obstantib⁹ p̃missis /ac constitutionibus ꝛ ordinationibus ap̃licis ceterisq꜆ cõtrarijs quibuscũq꜆. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã nostre cõstitutionis ꝛ declarationis infringere/vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attemptare p̃sumpserit/indignationẽ omnipotentis dei ꝛ beatorũ Petri ꝛ Pauli apostolorũ eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrũ. Anno incar-

nationis dominice M.cccc.lxxxj.vj.kl. Julij. Pontificatus nostri Anno decimo.

Eiusdē. Declaratio q̄ per generalē reuocationē indulgentiarū per eum factā ipse non intendit derogare indulgentijs ordini concessis in forma prebsyteris sub annulo piscatoris.

Uniuersis Et singulis abbatib9/ prioribus/ monachis/ donatis/ ꝛ cōuersis ordinis cisterciēsi. Salutem ꝛ apostolicā benedictionē. Concessim9 alias vobis ꝛ singulis vestrum ad generale capitulū vestri ordinis accedentib9 facultatem eligendi confessorē sub certis modo et forma ꝓut in alijs nostris desuper cōfectis litteris plenius continetur. Cum autē omnes huiusmodi facultates reuocate per nos fuerint humiliter nobis de oportuno cōfirmationis remedio supplicari curastis. Nos huiusmodi supplicationibus inclinati tenore presentiū facultatem huiusmodi de eligendo confessore vobis cōcessam iuxta tenorem earundē litterarū cōfirmantes ꝛ approbantes eam in suo pristino robore ꝛ vigore esse ac persistere decernimus ꝛ declaramus perinde ac si reuocatio nostra huiusmodi quo ad illā nullatenus emanasset/ dicta reuocatione/ ceterisq̄ȝ in contrariū faciētibus non obstantibus quibuscūq̄ȝ. Datum Rome aqud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesimatertia Julij. Millesimo quadringentesimo octuagesimoprimo. Pontificatus nostri Anno decimo. L. Grifus.

Eiusdem. Ex. p quietatione z serenitate scrupulorũ multarũ cõsciẽtiarũ sup esu carniũ extra cõia infirmitoria ordinis/ex quo maior pars ordinis statutũ benedicti.xij.nõ obseruabat/nec velle seruari videbatur/dat pontifex capitulo generali z dño abbati cistercij plenariã ptãtem sup his disponendi/ statuẽdi/ z dispensandi absq cuiuscũq pene incursu/aut scrupulo conscientie



Sixtus Epus seruus seruorum dei. Ad ppetuã rei memoriã Ex supne dispositionis arbitrio/Romanus põtifex in supma ecclesie militãtis statione locatus/circa statũ ecclesiasticarũ psonarũ p̃sertim sacre religioni deditarũ cõtinuo sollicitus/ad ea p que humane fragilitati succurritur/z ipsarũ psonarũ saluti z oportunitatib⁹ cõsulitur operosis studijs z remedijs intendit/ac his que ppterea pcessisse cõperit/ne in recidiue cõtentionis scrupulũ relabant aplici muniminis adijcit firmitatẽ. Dudũ siquidẽ felicis recordatiõis Benedictus papa.xij.p̃decessor noster p quasdã suas litteras inter alia inhibuit ne abbates z monachi cistercieñ ordinis extra monasteria seu loca ꝯuentualia eiusdẽ ordinis/ac etiã ipsi monachi infra monasteria seu loca hmõi/aut in cameris z extra infirmitoriũ cõmune/carnes vel pulmenta cum carnib⁹ decocta vel cõdita comedere presumerent/cõtra obseruantiã dicti ordinis diuti⁹ obseruatam. Monachus aũt aut cõuersus qui huiusmodi inhibitionis trãsgressor esset trib⁹ diebus p qualibet


carniū vel pulmentorū huiusmodi comestione ieiunare in pane et aqua teneretur/et quod nihilominus quolibet ipsorum dierū in capitulo regularē accipere disciplinā. Sed abbas inhibitionis huiusmodi transgressor/ nō ad discipinā ipsam/sed ad ieiunia ipsa teneretur. Et si scienter hoc omitteret negligēter facere obseruari/etiā ex negligentia teneretur ad ieiunia plibata que quidem pene nulli remitti valerent/nec sup eis vel ipsarum parte aliqua cū aliquo dispensari/quod si aliqui sup esu carniū vel pulmentorū predictorum sepe inuenti essent delinquētes/ seu esū ipsum cōtra ordinationē huiusmodi frequētantes/ac p abbates pprios quod a talibus abstineant canonice moniti non desisterent/ essent post monitionē huiusmodi p bienniū eoipso inhabiles ad quecūque officia et administrationes in eodē ordine obtinenda/obtinētes vero illa remouerentur/ si abbatibus eorum visum foret ab obtentis/quodque nullus monachus vel cōuersus dicti ordinis cuiuscūque conditionis existeret/etiā si officiū haberet/nisi egritudine graui vel debilitate detentus foret/ carnes de cetero in cameris infirmitorij comedere psumerent/sed omnes comederent in cōmuni infirmitorio deputato/ nec carnes pararentur vel decoquerentur alibi quam in infirmitorio cōi/seu in coquina eidē infirmitorio deputata/vel in posterū deputāda/nisi abbas ex aliq causa rationabili alibi decoqui vel parari mādaret easdem/ vel in eius absentia ille cui dictus abbas committeret vices suas. Ubicunque autē pro alijs quam pro infirmis vel debilibus parate essent per infirmariū inter comedentes in infirmitorio diuiderentur/abbatibus vero benemeritis qui cessarent/ vel cederent spontanea voluntate locus et esus carniū p abbatē propriū scdm sue discretionis arbitriū concederetur/ et quilibet abbas dicti ordinis ex indulgentia posset interdū aliquos fratrū prout necessitas postularet aduocare/ipsosque secum in camera sua melius et plenius exhibere. Abbates autem ac alie notabiles psone ipsius ordinis ad monasteria declinātes de abbatis vel eo absente de psidentis regimini ipsius monasterij licentia in camera ipsius abbatis/vel in cōmuni infirmitorio carnibus vti possent/ prout in eisdē litteris plenius cōtinetur.

Cū autē sicut exhibita nobis nup ꝑ parte dilecti filij Hymberti abbatis monasterij Cistercień Cabiloneń dioc. petitio cōtinebat ex statuto seu inhibitione huiusmodi vel tenore verborum in ipsius Benedicti pape litteris cōtentorū predictorum esus carniū ⁊ pulmentorū huiusmodi abbatibꝰ/monachis / ꝓfessis/ ⁊ alijs ꝑsonis eiusdē ordinis extra septa monasterioꝝ suorum videatur esse vetitus/ ordoq̧ ⁊ monasteria ipsa ꝑ orbem respersa ꝓ maiori parte tenue/ ⁊ sup laboribus manuū ⁊ nutrimentis animaliū fundata/ ac eorum aliqua ob guerrarū turbines ⁊ alios sinistros euentus ruinosa ⁊ quasi desolata/ aliqua vero in locis sterilibus posita existant/ ⁊ si eis alij sint reddituſ qui vt plurimū rari sunt/ ⁊ in diuersis locis cōsistunt/ tam p̄missorum q̄ aliorū ordinis ⁊ monasteriorū predictorū ꝓ tempore occurrentiū cōmuniū ⁊ particulariū negociorū occasione/ collectione/ defensione/ directione/ ⁊ cōseruatione/ abbates/ monachi/ ⁊ alie eiusdē ordinis ꝑsone extra septa monasteriorū suoꝝ ad diuersa loca etiam remota/ ⁊ diuersarū regionū/ sepius trāsire ⁊ illa frequentare habeant/ que adeo vt plurimum sterilia sunt ⁊ bonis ad victum necessarijs priuata/ vt alium cibum q̄ carnes vel de carnibus decoctum quo se cōmode sustētare valeant nō receperunt. Et sicut eadem petitio subiungebat si abbates monachi ⁊ alie ꝑsone huiusmodi ad loca predicta transeuntes nō reficerentur importabiles incurrerēt infirmitates/ aut si non transeant fundationes ipsorū monasteriorū que a diuersis tam violentia q̄ ꝓcessuū inuolutionibꝰ ac innumerabilibus alijs modis impetunꝫ perire ⁊ deperdi possent/ pensata etiā humane cōditionis fragilitate/ que ꝓut experientia docet/ ꝓcliuior ad debilitatem seu impotentiā redditur/ transeūtes ieiunia ⁊ vite austeritatē antiquoꝝ patrum nequaquā perferre multoq̧ minorē vite rigorem vix sustinere valentes contra scrupulū cōscientie extra septa monasteriorū predictorum carnibus ⁊ pulmentis huiusmodi infirmitatē vitando corporalem sepius vesci oporteat/ pro parte dicti Hymberti abbatis nobis fuit humiliter supplicatū vt statuto ⁊ concessioni quo ad esum carniū ⁊ pulmentorum predictorū infra septa mona-

steriorū ac etiam inhibitioni huiusmodi loca diuersa infra sep-
ta monasterioꝝ cōcernenti/ac ꝓut illa concernūt prefatis litte
ris/necnō omnib⁹ ꝛ singulis in eis cōtentis pro illorū subsistē-
tia firmiori/robur apostolice cōfirmationis adijcere/aliasq₃ in
premissis ac statui abbatū/monachorum/monialiū/ꝛ aliarum
personarū predictorū oportune prouidere de benignitate apo
stolica dignaremur. Nos igitur litterarū necnō statuti cōcessi-
onis ꝛ inhibitionis huiusmodi tenores ꝛ formas/ ac si de ver-
bo ad verbū insererētur p̄sentibus pro expressis habentes/ ac
attendentes humane cōditionis fragilitatē/ ꝛ ꝙ esus vel non
esus carniū de substantialibus regule eiusdē ordinis alias nō
est/predictorūq₃ saluti/ac eorū necessitatibus premissis/ ꝛ alijs
nō expressis quantū cum deo possumus prouidere ꝛ humane
fragilitati huiusmodi succurrere cupieñ/ prefatis rationib⁹ et
alijs rationabilib⁹ animū nostrū mouētibus pensatis/ huius-
modi supplicationib⁹ inclinati/ statutū ꝛ cōcessionē quo ad esū
carniū ꝛ pulmentorū predictorum infra septa monasteriorū/
necnon inhibitionē quo ad hoc subiunctā/ac prout illa concer
nunt/easdē litteras apostolicas/necnō oīa ꝛ singula alia in eis
contenta/ac inde secuta quecūq₃/auctoritate ap̄lica ex certa sci
entia tenore p̄sentiū ratificamus/cōfirmamus ꝛ approbamus/
ac p̄sentis scripti patrocinio cōmunimus/necnō illa sub penis
in eisdē litteris cōtentis volumus ꝛ mandamus ꝑpetuis futu
ris tēporibus firmiter obseruari. Et insup dilectis filijs capitu
lo generali dicti ordinis ꝛ eo cessante prefato ꝛ ꝓ tempore exi-
stenti abbati eiusdē monasterij cistercieñ/ cum quibuscūq₃ ab-
batib⁹/monachis/monialib⁹/ac alijs personis eiusdē ordinis
p̄sentibus ꝛ futuris scd̄m discretionis eorum arbitrium/ ꝛ con
scientie iudicium/super quo eorum conscientias oneramus/
quādocunq₃ et quotienscūq₃ necesse eis seu alteri ipsorū vide-
bit̄ per se vel aliū seu alios dispensandi/ac eis licentiā cōcedē-
di/ꝙ carnibus et pulmentis huiusmodi etiā extra dictorū mo
nasteriorum septa in predictis ꝛ quibusuis alijs locis absq₃ ali
cuius pene incursu aut conscientie scrupulo vesci et vti possint

plenã & liberã facultatẽ/licentiã/potestatẽ & auctoritatẽ p̄dicta auctoritate p̄sentiũ tenore cõcedimus pariter & indulgemꝰ. Nõ obstantibus cõstitutionibꝰ & ordinationibꝰ aplicis/ac monasteriorũ & ordinis predictorũ/iuramento/cõfirmatione aplica/vel quauis firmitate alia roboratis/statutis & cõsuetudinibus/necnõ premissis ac omnibꝰ alijs que dictus Benedictus p̄decessor in eisdẽ suis litteris voluit nõ obstare/ceterisq; cõtrarijs quibuscunq;. Nulli ergo oino hominũ liceat hanc paginã nostre ratificationis/cõfirmationis/approbationis/cõmunitionis/volũtatis/mandati/onerationis/cõcessionis/& indulti infringere/vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attemptare p̄sumpserit/indignationẽ omnipotẽtis dei/& beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctũ Petrũ/ Anno incarnationis dominice M.cccc.lxxv. Idus Decembris. Pontificatus nostri Anno quinto.

Eiusdem. Qz ad cõformitatẽ vestimentorũ ordinis/ per brunũ colorẽ in statuto Benedicti.xij.expressum intelligit̃ niger color & nõ alius/& inhibetur abbatibus monachis/& monialibꝰ ordinis ne alio colore q̄z albo & nigro vtantur.




Sixtus Ep̄s seruus seruorũ dei. Ad futuram rei memoriã. Et si cunctis ecclesiastici status p̄sonis ex assuete pietatis officio assistere teneamur/ illis tamen sub regulari obseruantia altissimo famulantibus p̄cipue cistercieñ eo magis adesse nos ꝯuenit quo sublatis quibusuis dubietatibus maiori quietudine reddere valeant vota sua. Du-

dum siquidē felicis recordationis Benedictus papa .xij. pde⸗
cessor noster ad statum cistercieñ ordinis attendens prosperū/
per quasdā suas litteras inter alia statuit ⁊ ordinauit ꝙ omnes
abbates ⁊ monachi eiusdē ordinis pannis bruni vel albi colo⸗
ris dumtaxat vterentur/ ꝓut in eisdem litteris plenius cōtine⸗
tur. Cum autē sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij
Hymberti abbatis monasterij Cistercieñ/ Cabiloneñ diocesis
petitio continebat a nōnullis etiā ipsius ordinis abbatibus ⁊
monachis reuocetur in dubium an appellatione bruni coloris
niger color veniat vel griseus/ ⁊ sicut eadē petitio subiūgebat
aliqui abbates ⁊ monachi/ ac moniales ipsius ordinis panno
nigro/ aliqui vero griseo vtantur/ ⁊ diuersitas habitus inter ei
usdē ordinis ꝓfessores esse videt̄/ ꝓ parte eiusdem Hymberti
abbatis nobis fuit hūiliter supplicatū/ vt sibi ac ordini/ mona⸗
chis ⁊ monialibus p̄fatis/ earūq; statui sup p̄missis oportune
ꝓuidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igit̄ ad
quos spectat super his adhibere vigilātie nostre curam vt om
nis dubietatis scrupulus de medio tollatur/ ⁊ habitus ipsorū
se inuicē conforment/ quacūq; disparitate sublata/ litterarum
ac concessionis ⁊ statuti huiusmodi tenores/ ac si de verbo ad
verbū insererētur p̄sentibus ꝓ expressis habentes/ huiusmodi
supplicationib⁹ inclinati verba predicta bruni coloris interpre
tātes ꝙ appellatione illorū niger tantū color veniat ⁊ intelliga⸗
tur auctoritate ap̄lica tenore presentiū ex certa scientia decla⸗
ramus. Et insup ꝓ potioris cautele suffragio volumus/ ac eis⸗
dem auctoritate ⁊ tenore/ etiam statuimus ⁊ ordinam⁹ ꝙ de ce
tero ppetuis futuris temporib⁹ omnes abbates/ monachi/ et
moniales eiusdē ordinis p̄sentes ⁊ futuri/ ad vsum psonarū su
arum pannis nigri vel albi coloris solum ⁊ dūtaxat vtantur/
mandātes p apostolica scripta ⁊ eadem auctoritate cōmitten⸗
tes dilectis filijs vniuersis patribus abbatib⁹ eiusdem ordinis
presentibus ⁊ futuris quaten⁹ ipsi ⁊ quilibet ipsorū postq̄ pre
sentes nostre littere ad eorū noticiam puenerint declarationē/
statutum ⁊ concessionē nostra huiusmodi obseruēt. Et p se vel
alios etiam a quolibet ipsorū/ necnon alijs abbatib⁹ ⁊ mona⸗

chis ac monialibus eiusdem ordinis ꝑpetuo faciant inuiolabiliter obseruari. Non ꝑmittentes eosdē abbates/ monachos ꝛ moniales pannos ad vsum personarū suarū alterius ꝙ nigri vel albi coloris deferre/vel illis quomodolibet vti. Cōtradictores per censurā ecclesiasticā/appellatione postposita compescendo. Nō obstantib⁹ constitutionib⁹ ꝛ ordinationib⁹ apostolicis/ac monasteriorū ꝛ ordinis predictorū/iuramento/confirmatiōe apostolica vel quauis firmitate alia roboratis. Necnon omnib⁹ illis que idem Benedictus ꝑdecessor in suis litteris voluit nō obstare ceterisqꝫ cōtrarijs quibuscūqꝫ. Ceterum quia difficile foret ꝑsentes litteras ad quecūqꝫ loca in quibus ille essent necessarie trāsferri volumus/ ꝛ auctoritate ꝑdicta decernimus ꝙ earum transumptis manu notarij publici subscriptis/ ꝛ sigillo alicuius archiepiscopi vel episcopi/ aut alteri⁹ ꝑlati/ vel persone in dignitate ecclesiastica constitute munitis/ prorsus in iudicio ꝛ extra fides plenaria adhibeatur ꝛ illis stetur/ ipsiqꝫ patresabbates ad illarū executionē ꝓcedere possint ꝛ debeant in omnibus ꝛ ꝑ omnia/ sicuti originalibus litteris huiusmodi adhiberetur ꝛ eis staretur/ac ipsi patresabbates ꝓcedere possent ꝛ deberent/si forent exhibite vel ostense. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostrorū declarationis/interpretationis/statuti/ordinationis/mandati/ voluntatis/ ꝛ constitutionis infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attemptare ꝑsumpserit/indignationē omnipotentis dei/ ꝛ beatorū Petri ꝛ Pauli apostolorū eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctū Petrum Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo septuagesimoquinto Idus Decembris. Pontificatus nostri Anno quinto.

De huiusmodi habitibus expressius mandat dominus Innocentius papa. viij. per vnū breue sub annulo piscatoris reuocando dispensationes in contrarinm factas. Et incipit alias percipientes.

Eiusdem. Confirmatio priuilegij dñi honorij pape.iij. Qd nullus a nobis de terris ante conciliũ acquisitis/ et quas alijs concessimus si ad nos redeant decimas exigat. Item cõfirmatio priuilegij domini Martini pape.v. per quod abbatẽ cistercieñ/singulosq; abbates/priores/ abbatissas/monasteriaq; singula/ et vniuersas psonas ordinis eximit a prestatione decimarũ/ tam de possessionib9 habitis ante et post conciliũ q̃3 de cetero habendis/ et tam de noualib9 siue añ siue post huiusmodi conciliũ acquisitis et acquirẽdis/quõcunq; et qualitercunq; excolant/ etiã de quibus aliquis hactenus pcepisset/necnõ de ortis/virgultis/et piscationibus nostris/ et de animaliũ nostrorũ nutrimẽtis. Itẽ de gratia spãli,p potiori cautela hec omnia de nouo pcedit/ et ppetuo decreto omnia p̃missa a prestatione decimarum et noualium eximit et exempta decernit.etc. Uide bene textũ cũ clausula/ qp vidimus fides adhibeatur.etc.




Sixtus Eps seruus seruorum dei. Ad perpetuā rei memoriā.
Dispositione diuina gregi dñico quis immeriti p̄sidentes dum preclara dilectorū filiorū abbatis cistercieñ eiusq; coabbatum/ ꝛ priorū/ac dilectarū in christo filiarū abbatissarum/ ꝛ aliarū personarū Cistercieñ ordinis honestatē ꝛ merita deo grata ꝛ hominib⁹ accepta intra nostre mentis arcana recēsemus/ꝛ ad commendabiles fructus quib⁹ operosis eorū ministerijs erga ipsū deū ꝛ homines huiusmodi indesinēter exuberant/nostros diffundimus cogitat⁹/vota illa ad exauditionis gratiā fauorabiliter admittim⁹/p que ipsorū statui ꝛ indēnitatibus cōsulitur/ ꝛ que in illorū ꝑfectum emanasse cōperimus p̄sidio munimínis aplici libenter solidamus. Illa etiā ꝓ potiori cautela d̄ nouo eis cōcedendo. Sane ꝓ parte abbatis/ coabbatū/ priorū/ abbatissarū/ ꝛ personarū predictorū nobis nuper exhibita petitio cōtinebat q̄ olim felicis recordatiōis Honori⁹ papa.iij. p̄decessor noster vt nullus ab eis de terris suis añ generale cōciliū acquisitis/etiā de illis quas alijs cōcesserant excolēdas /et ad eos redierant/si eas manibus ꝓprijs aut sumptib⁹ colerēt/ decimas exigere aut extorquere p̄sumeret/inter alia inhibuit/ ꝛ deinde pie memorie Martinus papa.v.etiā predecessor noster venerabilib⁹ fratrib⁹ nostris archiep̄is/ ꝛ dilectis filijs abbatibus/prioribus/decanis/archidiaconis/p̄positis/ ꝛ alijs ecclesiarum prelatis ad quos sue sup̱ hoc confecte littere ꝑuenirent expresse mandauit vt abbatē cistercieñ ac omnes ꝛ singulos abbates/priores/abbatissas/ac oīa ꝛ singula monasteria necnō singulares personas dicti ordinis p̄sentia ꝛ futura vbicunq; ꝓ tempore consistentia/a prestatione decimarū/ tam de possessionibus habitis ante ꝛ post concilium antedictū/quam de cetero habendis/ ꝛ tam de noualibus siue ante siue post huiusmodi conciliū aquisitis/ ꝛ acquirēdis/que ꝓprijs sumptib⁹ excolebant/seu excolerent/ quā alias quōcunq; ꝛ qualitercūq; excolerentur/ ꝛ etiā de illis possessionibus de quibus aliquis

hactenus pcepisset/ necnō de ortis/virgultis /ꝛ piscationibus suis/ac de suorū animaliū nutrimētis singuli ipsorum omnino seruarent imunes. Cōtradictores ꝑ censurā ecclesiasticā appellatione postposita cōpescendo/inuocato ad hoc etiā si opꝰ foret auxilio brachij secularis/ ꝓut in ipsorū predecessorū litteris desupꝑ confectis plenius continetᷣ. Cum aūt sicut eadem petitio subiūgebat littere ipse incipiant vetustate cōsumi ꝛ ꝓpterea de illis/ac cōtentis in eisdē successu tēporis ab aliquibꝰ hesitari posset/ ꝑ parte abbatis cisterciēñ/coabbatū/priorū/ abbatissarū ꝛ ꝑsonarū p̄dictorū nobis fuit humiliter supplicatū/ vt litteras p̄dictas/ac omnia ꝛ singula in eis contenta ꝓ illorū subsistentia firmiori ꝯfirmare ꝛ approbare/ac alias ipsis in premissis oportune ꝓuidē d benignitate ap̄lica dignaremur. Nos tranquillitatē ꝛ vtilitatē ipsius ordinis/ac singularū ꝑsonarū eiusdē sup̄mis desiderantes affectibus/ litteras tā Honorij q̄ꝫ Martini p̄decessorū huiusmodi/quarū tenores p̄sentibus haberi volumus ꝓ expressis/ratas ꝛ gratas habentes/illas cum omnibꝰ in eis cōtentis clausulis ap̄lica auctoritate p̄sentiū tenore cōfirmamus ꝛ approbamus/ ac iuxta oīmodas earū continētias ꝛ formas in sui roboris firmitate ꝑpetuo subsistere decernimꝰ/ supplentes oēs ꝛ singulos defectus si qui forsan interuenerint in eisdē. Et nihilominꝰ ꝓ potiori cautela abbatē Cisterciēñ/ac oēs ꝛ singulos abbates/priores/abbatissas/necnō omnia ꝛ singula monasteria p̄sentia ꝛ futura vbilibet existētia singularesqꝫ ꝑsonas dicti ordinis/a p̄statione decimarū /tā de possessionibꝰ habitis ante ꝛ post conciliū predictū /q̄ꝫ de cetero habendis/ꝛ tam de noualibꝰ siue ante siue post conciliū huiusmodi acquisitis ꝛ acquirēdis que ꝓprijs sumptibꝰ excolūt/ ꝛ excolent/ q̄ꝫ alias quōcūqꝫ/ꝛ qualitercūqꝫ excolantᷣ/ꝛ etiā de illis possessionibꝰ de quibꝰ aliquis hactenus pcepit/necnō de ortis/virgultis/ꝛ piscationibꝰ suis/ꝛ de nutrimētis suorū animaliū/auctoritate p̄dicta de speciali gratia penitus eximimꝰ/ ꝛ exempta fore ꝑpetuo decernimꝰ ꝑ p̄sentes/dicti cōcilij/ ꝛ quibuscūqꝫ alijs cōstitutionibꝰ ꝛ ordinationibꝰ ap̄licis ceterisqꝫ in contrariū editis/etiā iuramento/ꝯfirmatione ap̄lica /vel qua-

cunctis firmitate alia roboratis/ nō obstantibus quibuscunqȝ. Uerū quia difficile foret presentes originales litteras ad singula in quibus de eis fides forsan facienda foret loca deferre/ volumus ac dicta auctoritate decernimus ipsarū transumptis alicui⁹ episcopalis aut superioris ecclesiastice curie/ seu prelati vel persone in dignitate ecclesiastica constitute/ aut metropolitañ vel cathedralis ecclesie canonici sigillo/ ꝛ manu/ ac subscriptione alicui⁹ notarij publici munitis tanqȝ presentib⁹ litteris si exhiberentur in iudicio ꝛ extra plenariā fidem vbilibet adhiberi perinde/ ac si eedem p̄sentes littere exhibite forent vel ostēse. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostre confirmationis/ approbationis/ suppletionis/ constitutionis/ exemptionis/ decreti/ statuti/ ꝛ voluntatis infringere/ vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare p̄sumpserit indignationē omnipotētis dei/ ꝛ beatorū Petri ꝛ Pauli apostolorum eius se nouerit incursurū. Datum Rome apud sanctum Petrum Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo octuagesimosecūdo. vj. kl'. Octobris. Pontificatus nostri Anno duodecimo.

Eiusdem. Motu proprio/ ex certa scientia/ ꝛ de consilio fratrū/ confirmat et roborat amplissimas concessiones per Johannē. xxiij. Calistum. Nicolaū/ ꝛ Pium/ ordini factas de non cōmendandis monasterijs etiā cardinalibus/ ꝛ cetera multa que optime videri debent in textu. Et ꝙ transumpto fides adhibeatur sicut originali.



Sixtus Eps seruus seruorum dei. Ad perpetuā rei memoriā. Regimini vniuersalis ecclesie quāuis imeriti disponēte dño presidentes curis purgemur assiduis/vt iuxta tradite nobis desuper dispensatiōis officiū/quieti subditorum quorūlibet/presertim sub regulari obseruantia studio pie vite vacantiū/in quorū vtiq̧ prosperitate reficimur/iugi quantū nobis ex alto conceditur solicitudinis studio intendamus/ꝛ his que pro religionis incremēto ac personarum regularium statu pacifico ꝛ tranquillo prouide facta conspicimus/vt perpetuo illibata persistant libenter nostri muniminis adijcimus firmitatem. Dudū siquidem a felicis recordationis Pio papa.ij.pdecessore nostre diuerse littere in quibus nōnulle alie inseruntur emanarunt tenorum subsequentium. Pius Epus seruus seruorū dei. Ad futurā rei memoriā. Aplice sedis nobis iniunctū desup seruitutis officiū mentē nostrā excitat ꝛ inducit vt circa ea que pro statu prospero monasteriorum Cistercieñ ordinis/ꝛ in illis pie vite deditarū psonarū pfutura cōspicimus operosis studijs intendamus/ ꝛ his que ppterea facta fuere compimus/vt illibata persistant aplici muniminis adijciamus firmitatē/ꝛ ea concedamus que desuper sunt oportuna. Dudū siquidem a felicis recordationis Nicolao papa.v.pdecessore nostro littere in quibus bone memorie Baldasaris epi Tusculaneñ tunc Johannis.xxiij.in sua obediētia de qua partes ille erant nūcupati inserunt emanarunt tenoris subsequētis. Nicolaus Epus seruus seruorū dei. Ad perpetuā rei memoriā. Inter cetera orbis eccłias monasteria/ꝛ alia pia loca monasterij Cistercieñ Cabiloneñ diocesis/ac Cistercieñ ordinē affectu beniuolo psequētes illa psonis eis psidentibus libēter cōcedimus que ipsarū ac monasterij ꝛ ordinis predictorū fauorē ꝛ cōmoda respicere dinoscuntur. Dudū siqdē Baldasaris olim epi Tusculaneñ in sua obediētia de q̄ partes ille tūc erāt Johānis.xxiij.nūcupati i fauorē dicti monasterij/ac illi⁹ abbatis/necnō coabbatū ꝛ abbissarum

dicti ordinis p tēpore existentiū emanarunt littere tenoris sub sequentis. Johannes Eps seruus seruoꝝ dei. Ad ppetuam rei memoriā. Ad salutare regimen ac incremēta pficua dilectorū filiorū ordinis Cistercieñ qui in agro plantatus dominico vberes fructus ad laudē diuini nominis odorē suauitatis pducit assidue in vltimos orbis fines/ paterne cōsiderationis dirigētes intuit⁹/ ꝛ cupiētes vt eo vigilantius atq deuoti⁹ altissimo impendere valeant iugiter famulatū quo maiori quietudine in contēplatione sedula diuinorū salubriter pfruentur/ ac deuotis supplicationib⁹ dilectoꝝ filioꝝ abbatis ꝛ cōuentus monasterij cistercieñ/ Cabiloneñ diocesis/ necnō coabbatum ꝛ abbatissarū dicti ordinis cistercieñ in hac parte fauorabiliter annuētes hac p̄senti cōstitutione ppetuo duratura/ ꝛ aplica auctoritate decernim⁹ statuētes qd de cetero in p̄fato ordine Cistercieñ/ aut eius mēbris nullus qui de dicto ordine nō existat cuiuscūq alterius religionis / ordinis/ status/ dignitatis/ aut p̄eminentie fuerit/ etiā si cardinalatus dignitate fulgeret/ apostolica vel alia quauis auctoritate possit vel debeat p̄sidentiā/ gubernationē/ administrationē/ aut p̄eminentiā aliquis per se vel alios/ directe vel indirecte/ aut quouis quesito colore quomodolibet impetrare/ obtinere/ regere/ administrare/ vl̄ gubernare/ quōcunq aut qualitercunq. Decernētes ex nūc irritū et inane si secus sup his a quoquā quauis auctoritate sciēter vel ignoranter cōtigerit imposterū quomodolibet attēptari. Per p̄dicta vero nullum p̄iudiciū afferri volumus alicui ex venerabilibus fratrib⁹ nostris sancte Romañ ecclesie cardinalib⁹ in presentiarū in p̄fato ordine Cistercieñ gubernationē/ cōmendam/ administrationē/ seu p̄sidentiā aliquas obtinenti quominus illas gerere valeat ꝛ tenere iuxta formā litterarū apostolicarū eidem desup hactenus concessarū. Nulli ergo oino hominū liceat hanc paginā nostre cōstitutionis ꝛ voluntatis infringere/ vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemptate p̄sumpserit/ indignationē omnipotētis dei/ ꝛ beatoꝝ Petri ꝛ Pauli aplorum eius se nouerit incursurū. Datum Cōstantie. vij. kl. Februarij. Pontificatus nostri Anno quinto.

Nos igitur abbati ꝛ monasterio/necnō coabbatibus ꝛ abba-
tissis p̄dictis ampliori desuꝑ aminiculo ꝓuidere cupientes/ ac
litteras ꝛ tenorē antedictos ratos habentes ꝛ gratos/ illos au
ctoritate ap̄lica/ꝛ excerta scientia harꝫ serie inouamus/ac vim
ꝛ vigorem habere decernim⁹/necnō statuta/decreta/ac omnia
alia ꝛ singula in dictis litteris cōtenta/ꝛ quecūqꝫ inde secuta/
eisdē auctoritate ꝛ scientia cōfirmam⁹/approbamus/ ꝛ p̄sentis
scripti patrocinio cōmunimus. Nō obstantib⁹ cōstitutionib⁹
ꝛ ordinationib⁹ ap̄licis/necnō omnib⁹ illis que dictus Balda
sar ep̄us in p̄fatis litteris suis nō obstare voluit/ ceterisqꝫ con-
trarijs quibuscūqꝫ. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc pagi-
nam nostre innouationis/cōstitutionis/cōfirmationis/appro-
bationis/ꝛ cōmunitionis infringere/vel ei ausu temerario cō-
traire. Si quis autē hoc attemptare p̄sumpserit/indignationē
omnipotētis dei/ ꝛ beatorū Petri ꝛ Pauli apostolorū eius se
nouerit incursurꝫ. Datū Rome apud sanctū Petrū/Anno in-
carnationis dn̄ice M.cccc.liiij.iij. Non̄ Octobris. Pontifica-
tus nostri Anno octauo. Nos igit̄ pariformiter ex certa sci-
entia nostra/singulas p̄dictas litteras ratas ꝛ gratas habētes
illas ꝛ in eis cōtenta/ꝛ inde secuta quecūqꝫ auctoritate ap̄lica
harū serie innouam⁹/ac vim ꝛ vigorē habere foreqꝫ subnixas
decernim⁹ ac cōfirmam⁹ ꝛ approbamus/p̄sentisqꝫ scripti patro
cinio cōmunim⁹. Decernētes ꝙ p̄sentiū transumpto alicui⁹ epi
scopalis vel sup̄ioris curie ecclesiastice sigillo munito/ ꝛ signo
ꝛ subscriptione notarij publici signato in iudicio ꝛ extra ipsis
tāqꝫ p̄insertis ꝛ p̄sentibus litteris si exhiberent̄ plena fides ad-
hibeat̄/ꝛ p̄inde stetur ac si ipse p̄sentes ꝛ p̄inserte littere forent
exhibite vel ostense/nec desuꝑ alteri⁹ ꝓbationis aminiculū re-
quirat̄. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginā nostre in-
nouationis/cōstitutionis/cōfirmationis/approbationis/com-
munitionis/ꝛ decreti infringere/vel ei ausu temerario cōtraire
Si quis autē hoc attemptare p̄sumpserit/indignationē omni-
potētis dei/ꝛ beatorū Petri ꝛ Pauli ap̄lorū eius se nouerit in
cursurū. Datum Mantue Anno incarnationis dominice M.
cccc.lix.vij.kl̄. Augusti. Pontificatus nostri anno primo.

Pius Eps seruus seruoꝝ dei. Ad futurã rei memoriã. Licet ea que p predecessores nostros Romanõ pontifices ꝓuide facta fuerunt ⁊ ab eis rite ꝓcesserũt plenam obtineant firmitatẽ. Nos tñ illis interdũ aplici muniminis robur adijcim⁹/vt eo firmius illibata ꝑsistant/quo magis nostro p̄sidio cõmunita. Dudum siquidẽ felicis recordationis Calistus papa.iij. p̄decessor noster ex certis ratiõabilib⁹ causis nõnulla statutũ/declarationem/cassationẽ/⁊ irritationẽ ꝓ vtilitate ⁊ cõseruatione monasterioꝝ ⁊ locoꝝ/ac religiosoꝝ Cistercieñ ordinis motu ꝓprio ⁊ ex certa scientia/⁊ de plenitudine aplice potestatis fecit ⁊ cõcessit ꝓut in ipsius p̄decessoris litteris quas diligẽter in cancellaria aplica inspici ⁊ examinari fecimus/q̃ꝝ tenor inferi⁹ est insertus plenius cõtinetur. Nos igitur motu scientia ⁊ potestate similib⁹/nõ ad alicui⁹ instantiã/sed de nostra mera liberalitate statutũ/declarationẽ/cassationẽ/⁊ irritationẽ p̄dicta rata/⁊ grata habentes illa ⁊ quecunqꝫ inde secuta auctoritate apostolica cõfirmamus/⁊ p̄sentis scripti patrocinio cõmunim⁹ supplendo omnes defectus si qui forsan interuenerint in eisdem/necnõ litteras ipsas vim ⁊ vigorẽ habere ac viribus subsistere decernimus p p̄sentes. Nõ obstantib⁹ cõstitutionib⁹ apostolicis/ac omnibus illis que dictus predecessor in eisdem litteris nõ obstare voluit/ceterisqꝫ cõtrarijs quibuscũqꝫ. Tenor vero ipsarũ litterarũ de verbo ad verbũ sequitur/⁊ est talis. Calistus Epus seruus seruoꝝ dei. Ad futuram rei memoriam. Ad fructus vberes quos Cistercieñ ordo in agro militãtis ecclesie plantatus dextera dñi velut arbor bona ꝓduxit hactenus/⁊ ꝓducit/cõsiderationis nostre oculos extendentes/apostolici fauoris presidiũ sibi libẽter impartimur/⁊ in his que solidationem status/nec nõ perpetuã pacem ⁊ tranquillitatẽ eiusdem cõcernunt nos gratiosos ⁊ fauorabiles exhibemus. Cũ itaqꝫ sicut ad apostolatus nostri ꝑuenit auditum ordini Cistercieñ prefato/ac illi⁹ monasterijs/personis/atqꝫ locis magna periculose desolationis dispendia imminere noscant/ ex eo quia nõnulli pretextu quarundã litterarũ apostolicarũ etiam ad vacatura se extendentiũ in dictis monasterijs atqꝫ locis/ prefici ⁊

precesse presumūt. Nos ne p hoc nostre cōscientie serenitas re/
maneat in tranquilla taliū turbationū materias ab eodem or/
dine ꝓpellere/premissisq scandalis ꝛ incōuenientijs quātum
nobis ex alto pmittitur obuiare/necnō circa hoc salubre reme/
diū adhibere cupiētes/motu ꝓprio/nō ad alicui⁹ nobis super
hoc oblate petitiōis instantiā sed ex nostra certa sciētia/ꝛ apo/
stolice potestatis plenitudine/statuim⁹ nostreq intentionis fu
isse ꝛ esse declaramus/necnō harū serie cōcedimus/ qđ nulla p
nos aut sedē apostolicā/seu nostra vel ipsius/aut alia quauis
auctoritate in genere vel in specie sub qbusuis formis aut ver
borū expressionib⁹ ꝛ cum quibuscūq etiam indiuidualiū ꝛ ali/
arū derogatoriaꝝ clausulaꝝ/etiam taliū qđ illis p queuis alia
aplica/litteras/priuilegia/ꝛ indulta/ipsis etiā signanter specifi
ce ꝛ expresse derogantia minime derogatū fuisse vel esse cense/
atur/seu derogari nō possit/vim ꝛ effectū habentibus ceterisq
effectui p̄sentiū preiudicialib⁹ clausulis ꝛ decretis irritantibus
quibusuis psonis/cuiuscūq stat⁹/gradus/dignitatis/ordinis
vel ꝯditionis/etiā si sctē Romanē ecclesie cardinales/ aut sedis
aplice officiales/seu epi/aut alteri⁹ ordinis abbates/ etiā mo/
tu ꝛ scientia similibus/seu ad regum/principum/ vel prelatoꝝ
quorūlibet supplicationem/vel aliquorū resignatorum benefi/
ciorum/iuris cessionem/vel recōpensationis/ aut alio quouis
intuitu/seu in earū fauorem concessa hactenus vel imposterū
concedenda/expectatiue/cōmende/aut alie queuis littere/ fa/
cultates/nominationes/ꝛ mandata/necnō prerogatiue/ante/
lationes/declarationes/exceptiones/ priuilegia / ꝛ indulta/ac
facte ꝛ forsan faciende/etiā de primouacaturis monasterijs/ p̄
laturis/dignitatib⁹/ ꝛ locis dicti ordinis speciales reseruatōes
quoꝝ oim tenores ac si de verbo ad verbū inserti forēt pn̄tib⁹
haberi volumus p expressis/ꝛ que suum nondum sortita sunt
effectum/quorūq vigore in ipsis monasterijs aut eorū aliquo
nō est alicui ius quesitū ad monasteria prelaturas abbatiales
ꝛ alias dicti ordinis dignitates/ꝛ loca/etiā vtriusq sexus ordi
nis huiusmodi aliqualiter se extendant/aut quomodolibet se
extendere possint siue debeant/nec monasteriorum ꝛ locorum

huiusmodi cōuentus/religiose psone/aut vasalli/etiā vtriusqꝫ sexus ad receptionē etiā alicui⁹ auctoritate taliū litterarū ꝛ processuū exinde habitorū teneantur/nec propterea interdici/suspē di/vel excōicari possint/cassantes ꝛ irritantes/ac pro infectis et nullis habentes illa oia ꝛ singula talia/expectatiuas/gratias/ facultates/litteras/nominationes/reseruationes/ nominādi/ reseruandi/vniendi/ꝛ alia mandata aplica suum effectū nōdū sortita/ꝛ alia per que effectus pñtium quomodolibet impediri posset vel differri/ac decernētes illis nullā in iudicio vel extra fidem adhibendā fore/nec cōuentus ꝛ psonas eorundē monasteriorū ad receptionē eorundē ptextu litterarū ipsarū teneri/ necnō prout est irritū ꝛ inane si quid secus sup his a quoqꝫ quauis auctoritate scienter vel ignorāter imposterū cōtigerit attēptari. Nō obstantibus si in facultatib⁹ ꝛ litteris seu mandatis hmōi tales apposite fuerint clausule/ scꝫ aut si locorū ordinarijs/seu abbatib⁹/abbatissis/vel cōuentibus dicti ordinis vel quibusuis alijs cōmuniter vel diuisim ab eadē sede indultū sit qđ ad receptionē vel prouisionē alicui⁹ minime teneant/ ꝛ ad id cōpelli/aut qđ interdici/suspendi/vel excōmunicari nō possint per litteras aplicas nō faciētes plenā ꝛ expssam/ ac de verbo ad verbū de indulto hmōi mentionē/ per quā quidē clausulā aut cuiusuis alterius similis vel efficacioris clausule adiectionē vel appositionē decernim⁹ pñtibus nō fuisse sufficienter derogatū/ac cōstitutionib⁹ ꝛ ordinationib⁹ aplicis/priuilegijs quoqꝫ ac statutis ꝛ cōsuetudinib⁹ ordinis/monasteriorū/iuramento/ cōfirmatione aplica/vel quacūqꝫ firmitate alia roboratis/ ceterisqꝫ cōtrarijs quibuscūqꝫ. Nulli ergo oino hominū liceat hāc paginā nostrorum statuti/declarationis/ cōcessionis/cassationis ꝛ irritationis infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si qs autē hoc attemptare psumpserit/indignationē omnipotentis dei/ꝛ beatorū Petri ꝛ Pauli aplorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctū Petrū/Anno incarnationis dñice M.cccc.lviij.iij.kl. Maij. Pōtificat⁹ nostri Anno quarto. Ceterū qꝛ difficile foret pinsertas ꝛ presentes litteras ad singula in quib⁹ de eis fides forsan facienda fuerit loca defer-

re volumus ꝛ aplica auctoritate supradicta decernimꝰ qḋ ip-
sarũ transumpto alicuius epalis/vel superioris curie ecclesiasti-
ce sigillo munito/ac signo ꝛ subscriptione notarij publici signa
to ꝛ legalis in iudicio ꝛ extra tanq̃ ipsis pinsertis ꝛ p̃sentibus
litteris si exhiberent̃ plena fides adhibeatur/ ac pinde stet̃/ ac
si ipse pinserte ꝛ p̃sentes littere forent exhibite vel ostẽse. Nulli
ergo oino hominũ liceat hanc paginã nostroꝝ cõfirmationis/
cõmunitionis/ suppletionis/ voluntatis / ꝛ decreti infringere/
vel ei ausu temerario ꝯtraire. Si quis aũt hoc attẽptare p̃sum-
pserit/indignationẽ omnipotẽtis dei/ac beatoꝝ Petri ꝛ Pau
li apostolorũ eius se nouerit incursurũ. Datum Mantue An-
no incarnationis dñice M.cccc.lix. vij. kl̃. Augusti. Pontifica
tus nostri Anno primo. ¶ Cum aũt sicut accepimus nonnulli
cõtra tenorẽ predictarũ litterarũ monasterijs ipsius Cistercieñ
ordinis quãdoq̃ p̃ficiantur/aut eis monasteria ipsa cõmittan
tur/ siue in cõmendã cõcedantur/ ꝛ ꝓpterea monasteria huius-
modi tam in spiritualibꝰ q̃ temporalibus nõ modica passa fu
erint ꝛ patiantur detrimẽta. Nos ipsorũ monasteriorũ ꝛ dicti
ordinis statum prosperũ ꝛ tranquillũ paterno zelantes affec-
tu/motu ꝓprio non ad alicuiꝰ super hoc nobis oblate petitio-
nis instãtiã/sed de nostra mera liberalitate statuta/ declaratio
nes/cassationes/irritationes/ ꝛ decreta predicta tam p ipsum
Pium/ ac bone memorie Nicolaũ. v. et Calistum. iij. Romañ
pontifices p̃decessores nostros/ quã Baldasarẽ epm Tusculan-
neñ Johannẽ. xxiij. in sua obedientia nũcupatum/ vt in prein
sertis eorũ litteris cõtinetur/ facta ꝛ concessa rata ꝛ grata ha-
bentes/ illa ac omnia ꝛ singula in eisdem singulis litteris con-
tenta/necnõ inde secuta quecunq̃/ auctoritate aplica ex certa
scientia ꝛ de plenitudine sedis aplice potestatis tenore presen-
tium pro nobis ꝛ successoribꝰ nostris Romanis pontificibus
de fratrũ nostrorũ consilio cõfirmamus ꝛ approbamus/ac pre-
sentis scripti patrocinio cõmunimus/supplentes omnes ꝛ sin-
gulos defectus si qui forsan interuenerint in eisdẽ/ipsasq̃ sin-
gulas litteras innouamus/ vimq̃ ꝛ vigorem perpetuo habere
ꝛ viribus subsistere decernimꝰ. Non obstantibus omnibꝰ que


Nicolaus/Calistus/ et Pius predecessores nostri/ et Baldasar prefati in predictis eorũ litteris voluerunt nõ obstare/ necnon quibusuis specialibus et generalib⁹ reseruationib⁹/litteris cõmendis/puisionibus/regulis/ et cõcessionibus/alijsq̃ cõstitutionibus et ordinationib⁹ apostolicis ex quacũq̃ causa pcesserint/ aut pcedent in futurũ quorũ omniũ tenores ac si de verbo ad verbũ p̃sentibus pro sufficienter expressis haberi volumus/et quibus earũq̃ effectui vi/robori/ et executioni quatenus predictis et p̃sentibus litteris earũq̃ effectui aduersarentur preiudicarent/nocerent/vel obuiarent/seu p̃iudicare/aduersari/nocere vel obuiare possent quomodolibet infuturũ/ motu et scientia similibus specialiter et expresse derogamus/necnõ monasteriorũ et ordinis predictorum iuramento cõfirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis/statutis et cõsuetudinibus cõtrarijs quibuscũq̃. Volumus autẽ qd pro tempore ordinis auctoritate in abbates ipsorum monasteriorũ promoti et aliorum beneficiorũ prouisi/infra quattuor meuses a die pmotionũ siue prouisionũ suarum ad curiã pro illarũ confirmatione impetranda venire aut mittere/ et annatam siue medios fructus primi anni ipsorum monasterio℞ scdm taxam in libris camere apostolice positam soluere/ac de alijs iuribus consuetis eidem camere satisfacere teneãtur. Alioquin pmotiones siue puisiones illorũ qui secus fecerint nullius sint roboris vel momenti/liceatq̃ ex tunc nobis et dictis successoribus nostris de psonis idoneis eisdem monasterijs et beneficijs pro quibus vt p̃fertur factum nõ fuerit puidere. Ceterum quia difficile foret p̃sentes litteras ad singula loca in quibus ille forent necessarie transferri/etiam volumus et dicta auctoritate decernim⁹ quod earũ transumptis manu notarij publici subscriptis/et sigillo alicuius Archiepiscopi/Episcopi/vel alterius prelati muniti/prorsus in iudicio et extra pl naria fides adhibeatur/ ac illis stetur in omnibus et per omnia sicuti originalibus litteris adhiberetur et eis staretur si forent exhibite vel ostense. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostre cõfirmationis/approbationis/cõmunitionis/suppletionis/innouationis/

constitutionis/derogationis/voluntatis/ꝛ decreti infringere/ vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attemptare p̄sumpserit/ indignationẽ omnipotentis dei/ ac beatoꝛũ Petri ꝛ Pauli apostoloꝛum eius se nouerit incursurũ. Datum Rome apud sanctum Petrũ/ Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo septuagesimoq̄nto. vj. Idus Martij. Pontificatus nostri Anno quinto.

Bullam pꝛemissam seu pꝛiuilegium de verbo ad verbũ cõfirmat in magno codice dominus Innocentius papa octau⁹. Et incipit Regimini vniuersalis/ in pꝛincipio.

Eiusdẽ. De occurrendo desolationi monasterioꝛũ p̱ cõmendatarios introducte/ mandatur districtissime cõmendatarijs ꝛ eoꝛum officiarijs/ pꝛocuratoꝛibus/ fautoribus/ adherentibus/ receptoꝛib⁹/ iconomis/ vicarijs/ ꝛ administratoꝛib⁹/ sub penis excõicationis/ anathematizationis/ suspensionis/ ꝛ interdicti/ necnõ sub expꝛessa p̄uatione regiminis ꝛ administrationis omniũ monasterioꝛũ/ locoꝛũ/ beneficioꝛũ/ canonicatuũ/ pꝛebendarũ/ dignitatũ/ personatuũ/ officioꝛum/ pensionũ fructuũ/ ꝛ pꝛouentuũ/ ac sub pena inhabilitationis ad quecũq; pꝛemissaꝝ vt pa

tribus abbatibus & cõmissarijs ordinis in quampluribus articulis ibidem expressis & declaratis obediant. Datque ordini potestatẽ absoluendi/rehabilitãdi/& restituendi eosdem quotiens penitẽtes fuerint emendati/& obedientes. Et quod cõmendatarij nullam habent iurisditionẽ seu executionẽ in dictis monasterijs/sed reducitur ad patrẽ abbatem. Nota textũ quia tot & tanta sunt quod in summario non possent sufficienter declarari.



Sixtus Eps seruus seruorum dei. Ad perpetuã rei memoriã. Cura nostra in varijs rebus quotidie emergentibus agitata/circa hoc potissime versatur/vt pastorale officium in sacre religionis Cistercieñ statu felici extendẽtes ita ope nostre prouisionis salubriter prouideamus quod ordo ipse/illiusque monasteria & loca/& persone in spiritualibus & temporalibus detrimenta nõ sustineant/sed optate felicitatis proficiant incrementis. Sane licet monasteria & loca eiusdem ordinis ab eorum primeua fundatione honorifice constructa/ac fructibus/redditibus/& prouentibus pro sustentatione abbatum/monachorũ/ministrorum/et aliarum personarũ inibi diuinis laudibus insistentium competenter dotata/librisque/calicibus & alijs ornamentis diuino cultui necessarijs munita/ac in vera obedientia suorum superiorũ persistentes numero sufficienti monachi quibus honeste in victu & vestitu prouidebatur instituti fuerint/ tamen ab aliquibus

temporibus citra sicuti veridica relatione accepim⁹/ monaste-
ria ⁊ loca eiusdē ordinis que nōnulle persone ecclesiastice/ secu
lares ⁊ regulares ex concessione ⁊ dispensatione sedis aposto-
lice in cōmendam obtinent in eorum structuris ⁊ edificijs ru-
unt/ Illorumq̧ bona mobilia ⁊ immobilia/ necnō fructus/ red
ditus/ ⁊ ꝓuentus dissipantur/ regularis obseruantia in illis si-
cut deceret nō obseruatur/ Officium diuinū decenter non sol-
uitur/ monachi instituti numero nō sunt sufficienti/ ⁊ existētes
victum ⁊ vestitum nō habentes vt deceret prochdolor ab obe
dientia suorū superiorū retrahuntur/ ordo/ monasteria/ ⁊ loca
huiusmodi cōfunduntur/ ⁊ nō modica patiuntur detrimenta
in ipsius ordinis elusionem/ diuine maiestatis offensam/ ac ꝑ-
niciosum exemplum ⁊ scandalū plurimorū. Hinc est ꝙ nos at-
tendentes p̄missa adeo esse notoria ꝙ nulla possunt tergiuer-
satione celari/ q̄dq̧ si sup eisdem non ꝓuideatur/ monasteria ⁊
loca ipsa penitus desolata manebunt/ ac illa/ necnō ordo ipse
irreperabilia patiētur damna/ ac cupientes ꝓut nostro incum
bit officio p̄missis ac scandalis que ꝓpterea exoriri possunt cō-
gruentibus remedijs obuiare/ ac indēnitatibus ordinis/ mo-
nasteriorū/ locorū/ monachorū/ ministrorum/ ⁊ personarū eo-
rundē quantū cū deo possumus oportune ꝓuidere/ motu pro-
prio/ nō ad aliquorū instantiā/ sed de nostra mera liberalitate
⁊ ex certa scientia omnes ⁊ singulas personas/ seculares ⁊ quo
rumcūq̧ ordinū regulares/ p̄sentes ⁊ futuras/ cuiuscūq̧ digni
tat͞/ stat⁹/ gradus/ ordinis nobilitatis/ excellētie/ p̄eminētie/ ⁊
conditionis fuerint/ que monasteria ⁊ loca eiusdem ordinis/
seu eorū aliquod in cōmendam obtinent in p̄sentiarū ⁊ forsan
obtinebunt in posterū vbiq̧ locorum/ etiam in Romana curia
cōmorantes/ etiam si Archiepiscopali/ Episcopali/ vel aliqua
alia ecclesiastica vel mundana dignitate fungātur/ aut nostri
⁊ sedis p̄dicte/ seu p̄decessorū aut successorū nostrorū Romanō
pontificum notarij/ subdiaconi/ accoliti/ capellani/ cubicularij
seu alias officiales/ vel familiares/ aut fructuum/ reddituum/
⁊ ꝓuentuum camere apostolice debitoꝝ collectores/ subcollec
toresve existant/ ⁊ quocunq̧ exemptionis priuilegio/ etiā rati-

